IN LIBRVM SOLOMONIS QVI CANTICA CANTICORVM INSCRIBITVR

COMMENTARIA D. AEGIDII ROMANI, BITVRICENSIS ARCHIEPISCOPI, ET AQVITANIAE PRIMATIS, ORDI- NIS FRATRVM EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI,

Nunc opera Fratris Auguſtini de Monte Ilcino, in lucem edita.



ROMAE *apud Antonium Bladum, Impreſſorem Apoſtolicum.* M D LV.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. AEGIDII ROMANI BITVRI-
CENSIS ARCHIEPISCOPI, ET AQVITANIAE PRIMATIS, ORDINIS FRATRVM EREMI-
tarum Sancti Auguſtini, In Librum Salomonis qui Can-tica Canticorum inſcribitur Commentarii, nunc in lucem editi.

PROLOGVS.

SONET VOX TVA
in auribus meis: vox.n. B
tua dulcis, & facies tua
decora.)In principio cu-
iuslibet libri, quantũ ad
pręſens ſpectat, duo ſunt
notanda. Primo, quid ſit
libri titulus. Secũdo quæ
ſunt cauſæ operis. Prædi-
cta autẽ authoritas quæ
legitur Cant. 5. aliter &
aliter expoſita, nobis vtrũq; inſinuat. Nam ſi verba di-
ctæ authoritatis ſint ſponſi ad ſponſam.i. Chriſti ad ec-
cleſiam tũc declarant nobis libri titulum. Si vero in-
telligantur de Chriſto dicta: manifeſtant nobis cauſas
operis. Intitulatur aũt Liber iſte Cantica canticorum,
vt ex gloſſa haberi poteſt. Cantus tamen, qui in hoc li-
bro docetur, non eſt corporalis ſeu ſenſibilis: ſed ma-
gis intellectualis, & ſecundum ſpiritum. Dicimus enim
duo eſſe genera verborum, interiora, & exteriora: ſiue C
ſenſibilia, & intellectualia, vt patet per Auguſt. 15. de
Ciuitate dei, vbi ipſas cogitationes cordis locutiones
appellat. Sicut ergo in locutionibus exterioribus ſe-
Cap. 6. cundum melodiam, & proportionem prolatis, reſul-
tat cantus ſenſibilis: ita in locutionibus interioribus,
& etiam affectionibus ſecundum proportionem, & or-
dinem debitum ad deum directis, reſultat quędam me-
lodia ſpũalis, & quidam cantus intelligibilis. Nõ enim
ſic debemus reſtringere nomẽ cantus, vt ſolum in ſen-
ſibilibus vocibus eſſe habeat. Nam Boetius in Muſica
ſua oſtendit muſicam proportionẽ aliquo modo cir-
ca omnia: inquantum ſingula ſecundum melodiã per
quandam proportionem ſunt condita, ſicut & Augu.
in. 6. Muſicæ, extendit numeros muſicales ad actiones
animæ. Nam ſecundum quinq; genera numerorũ quæ
ipſe diſtinguit in. 5. cap. dicti libri: vt ſecundum nume-
ros iudiciales, progreſſores, occurſores, recordabiles,
conſonales, ſaluat actiones ipſius animæ: immo cũ ip- D
ſa viſitata locutio admittat, ut manifeſtẽ dictum canti-
cum appellet, ſecundum quem modum geometrę lo-
qui conſueuerunt: vt cum aliquid geometrice proba-
re volunt, dicunt ſicut cantat talis propoſitio: ſi in il-
la propoſitione manifeſte illud profertur. Quia ergo
deo omne cor patet, & omnis voluntas loquitur: & co-
gitationes, & affectiones voluntatis non diſcedunt à
melodia & à proportionibus, qua & ſecundum quas
attenditur operatio virtuoſa; quoddam canticum di-
ci poſſunt. Tale eſt Canticum quod hic cãtatur. Quia
hic exprimũtur debitæ affectiones, & cogitationes cu-
iuſcũq; animæ ſanctæ, vel etiam totius eccleſiæ; ſecun-
dum quas intendit guſtare diuinam dulcedinem, & ha-
bere ſui ſponſi conſortium. Et ſi volumus ſecundum
quandam adaptationem loqui, dicere poſſumus deum
habere duas aures; vnam iræ, aliam pietatis: ſecundum
aurem iræ, audit clamorem, ſecundum quem modum
dixit ad Cain, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me Gen. 4.
de terra. Secundum aũt aurem pietatis dicitur audire
cantilenas.i. affectiones, cogitationes, orationes, deſi-
deria deuotarum mentium: & quia ſuaue eſt illi.ſ. deo
audire tales cãtus, & delectatur in animabus ſanctis ſi-
cut bonus pr̃ in bonis filiis: ideo inuitans animam ſan-
ctam, ſiue totam eccleſiam ad ſic cantandum, ait. (So-
net vox tua in auribus meis.)& ſubdit cauſam. (vox.n.
tua dulcis, & facies tua decora.) His enim duabus cau-
ſis appetitur cantus alicuius. Primo propter ſe, videli-
cet, qñ cantus eſt dulcis, & ſuauis. Secundo ratione can-
tantis, vt ſi habeat decoram faciem: nã cui placet vul-
tus cantantis, veriſimile eſt ꝙ magis delectetur in cãtu.
Vtroq; enim modo delectatur Chriſtus in anima ſan-
cta.ſ. rõne ipſius cantus, videlicet propter bonitatem
affectionum, & cogitationum: & rõne ipſius gratiæ. Nã
gratia dei in eſſentia animæ exiſtens, reddit animã bo-
nam, & opera eius deo grata. Patet ergo ꝙ ſi verba prę-
dicta ſunt ſponſi ad ſponſam, deſignãt titulum huius
libri qui dicitur Cantica canticorum, quia excellenti
modo hic talis melodia inſinuat. Conſueuit enim ge-
C nitiuus pluraliter appoſitus noĩatiuo, denotare excel-
lentiam: vt rex regum, & dominus dominantium. Sed
ſi prædicta verba volumus exponere vt ſint verba ec-
cleſiæ loquentis ad chriſtum: deſignãt nobis cauſas hu-
ius operis, licet ſeries literæ contradicere videatur. Ex
quo tamen à veritate fidei non diſcedat, non eſt talis
expoſitio repellenda: quia in ſacra pagina non ſolum
aſſignatur ſenſus literalis, qui ſemper eſt cõtinuus: ſed
etiam myſticus, quem non oportet eſſe continuũ. Se-
cundũ hoc ergo dicamus, ꝙ cauſa materialis, & efficiẽs
notatur, cũ dicitur (Sonet vox tua in auribus meis.)
Formalis, cum dicitur (vox enim tua dulcis.) Finalis,
cum annectitur (& facies tua decora.) Sponſus & ſpon-
ſa.i. chriſtus & eccleſia, ſiue chriſtus & anima ſancta, eſt
materia huius libri, vt gloſſa tangit. Quod ſi ſponſa di-
cit ſponſo, Sonet vox tua in auribus meis, cauſam ma-
terialem habemus, & etiam efficientẽ: quia ſponſus ip-
ſe qui eſt verus deus, cum hoc ꝙ eſt ſubiectum ſiue ma-
D teria doctrinæ ſacræ, eſt etiam principaliter cauſa effi-
ciens huius ſcientiæ. De cauſa vero inſtrumentali non
ſit nobis curæ: quia huiuſmodi cauſæ ſe habent reſpe-
ctu doctrinæ ſicut inſtrumenta, & ſicut penna: iuxta il-
lud Pſal. Lingua mea calamus ſcribæ. Sicut ergo ſup-
ſtitioſum eſſet, cũ quæreret de authore alicuius libri,
quærere cum qua penna ſcriptus fuiſſet liber: ſic quo-
dammodo ſuperſtitioſum videtur, ꝙ aliquis ſit multũ
ſolicitus inquirere cauſas inſtrumentales ſcripturæ ſa-
cræ. Nam ſi conſtat de veritate ꝙ liber ſit à ſpiritu ſan-
cto, non eſt magna cura adhibenda ad inueniendũ au-
thorem alium. Quod ſi tamen alicui videatur de hoc
adhibenda cura, dicimus ꝙ Salomon fuit talis cauſa
huius libri. Qui (ſecundum ꝙ gloſſa tangit) fuit trino-
mius: & ſecundum numerum nominum, tres edidit li-
bros. Dictus enim fuit Salomon.i. pacificus: Idida.i. di- Tit. Pſal. 44.
lectus: & Eccleſiaſtes.i. concionator. Secundum enim ꝙ Cant. cũ pro
fuit pacificus, edidit librũ Prouerbiorum. Secundum Idida.

ꝙ fuit concionator, edidit librum Eccleſiaſten. Cauſa autem formalis habetur cum ſubiungitur. (Vox tua dulcis.) Conſueuit enim diſtingui duplex forma ſcilicet forma tractandi, quę eſt modus agẽdi: & forma tractatus, quæ eſt ordinatio capitulorũ adinuicem. Modus autem agendi in aliis ſcientiis eſt approbatiuus, & improbatiuus. In doctrina vero ſacra, potiſſimè in ea none eſſe videtur inſpiratiuus, ideſt reuelatiuus: q̄a magis talis textus innititur reuelationi quàm probatiõi. Modus autem in iſto libro ſpecialiter videtur eſſe affectiuus, deſideratiuus, & cõtemplatiuus. Vnde & gloſſa tenet ꝙ modus huius libri eſt oñſiuus quaſi deſiderio mẽbra capiti adhæreãt, & ei placere cõtendãt: & quali affectione ſponſus eccleſiam diligat. Vnde modus agẽdi huius libri conuenienter notatur per hmõi dulcedinem, cum dicit, (Vox tua dulcis.) quia complacentia, affectio, & deſiderium, quandam dulcedinem amoris important. Ex hoc etiam poteſt haberi forma tractatus, quæ talis debet eſſe, qualẽ requirit modus agendi: immo quia ipſe ordo capitulorum adinuicem bene intellectus animam demulcet & delectat, non inconuenienter forma tractatus per dulcedinẽ intelligitur. Cauſa vero finalis habetur cũ ſubinfertur. (Facies tua decora.) Eſt igitur finis huius libri, vt gloſſa tangit, dilectio ſecundum quam ſponſa delectatur: & cum hoc potiſſimè ſit propter decorem faciei ſponſi, conueniẽter talis finis inſinuatur cum dicitur (Facies tua decora.) Dubitaret forte aliquis, cum in tota ſacra pagina finis ſit dilectio, quomodo differenter dilectio dei eſt finis huius libri, & totius doctrinę ſacræ. Et vtrum propter hoc quòd finis huius ſcientiæ, eſt opus, an pratica ſcientia dici poſſit. Ad horum euidentiam eſt notandum, quòd ſicut in tota philoſophia naturali finis eſt cognoſcere corpus mobile in quantum mobile, in libris autem partialibus huiuſmodi finis còntrahitur, vt in libro Phyſicorum non intenditur cognitio corporis mobilis quocũq; modo, ſed cognitio talis corporis ſimpliciter non contrahendo ad hoc, vel ad illud: in libro vero de generatione intenditur talis cognitio vt contracta, vt eſt corpus mobile ad formam: in libro vero de Cœlo, ad ſitũ: & ſic in aliis libris modo contracto intenditur cognitio talis corporis. Eodem modo & in doctrina eccleſiaſtica, dilectio dei in vniuerſali ſumpta intenditur quocũq; modo manuducamur ad talem dilectionem: ſed in ſpecialibus libris ſpecificatur talis intentio: vt in Geneſi prout ad eam deducimur conſiderando diuinam potẽtiam: quia ibi oſtenditur, quomodo deus cœlum, & terram, & omnia de nullo produxit in eſſe. In hoc autem libro ſpecialiter manuducimur ad diuinam dilectionem, conſiderando diuinam benignitatẽ, & meditando quanta affectione chriſtus ſponſam ſuam diligat, & quanto deſiderio moueri debet anima ſancta ad guſtandum dulcedinem diuinam. Quæ ſi bene aduertimus, non inconuenienter finis huius libri aſſignatur dilectio dei, licet etiam hoc ſit finis totius doctrinæ ſacræ: ſpeciali enim modo liber iſte prouocat nos ad dilectionẽ dei, & proximi.

In prologo q. vltima.

Ad ſecundum quæſitum dicendum quod hæc ſcientia dicitur dei dilectiua, vel affectiua, ut manifeſtè probauimus in quæſtionibus ſuper primum ſententiarum. Et ſi propter hoc aliquis vellet eam appellare practicam, quia dilectio eſt quoddam opus, ſentẽtiam teneat, linguam corrigat. Nam ſcientia practica principaliter ordinatur ad opus exterius: ideo ſcientiæ politicę practicæ nominantur: & polities. i. bonitas depẽdet ex operibus noſtris. Nam ſecũdum Philoſophum, Quia bona facimus, boni ſumus: & ex ſimilibus actibus generantur ſimiles habitus. Bonitas vero ſpiritualis quia nõ dependet ex operibus exterioribus, immo ex habitu charitatis, & eius opibus: ſacra pagina quæ ad talem bonitatẽ ordinatur, practica dici nõ debet. Sicut ergo ſcia quę ordinatur ad ſpeculationem non dicitur practica, licet ſpeculari ſit quoddam opus, ſed ſuſcipit nomẽ ex ſpeculatione, & dicitur ſpeculatiua: ſic & theologia quæ ordinatur ad affectionem ſiue dilectionem charitatis, quia huiuſmodi opera non ſunt exteriora, ab eis debet denominari ſpecialiter theologia, & debet dici affectiua, vel dilectiua, & nõ practica. His viſis accedamus ad expoſitionem literæ.

2. Eth. cap. 1.

LECTIO. I.

CAP. I.

O Sculetur me oſculo oris ſui.

Intentio principalis huius operis eſt exprimere mutua deſideria inter ſponſum & ſponſam, ſiue inter chriſtum & eccleſiam. Et quia ſecundum alium & alium ſtatum, alia & alia ſunt deſideria, ideo ſecundum diuerſos ſtatus eccleſiæ oportet nos hũc librum diuidere. Ecclesia enim poteſt triplicitet conſiderari. Primo, quantum ad ſtatum primitiuũ. Secundo, quantum ad ſtatum rami fracti. Nam iudæi ſunt excęcati, & gentiles ſunt admiſſi: iuxta illud Rom. 11. Tu quidem ſcilicet gentilis cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis. ſ. ramis bonæ oliuæ, & ſocius radicis, & pinguedinis bonæ oliuæ factus es. Rurſum poteſt conſiderari quantum ad ſtatum vltimum, quando Iudæi omnes ſalui fient: quia tunc temporis ſi fuerit numerus filiorũ Iſrael ſicut arena maris reſidui ſalui fient. Et quia nõ eſt dare extrema ſine medio, ideo pręter ſtatum primum, & vltimum, eſt dare medium. Hos autẽ tres ſtatus quodammodo tangit Apoſtolus Rom. 11. cum ait, Quia cœcitas venit in Iſrael ex parte. Et hoc quantum ad ſtatum primitiuum. Donec plenitudo gentium intret. quantum ad ſtatum medium ſecundum quòd eccleſia proficit, & quaſi vniuerſaliter gentes ſunt conuerſæ. Et ſubdit: quòd tunc omnis Iſrael ſaluus erit: quãtum ad ſtatum vltimum quando Iudæi plene conuertẽtur ad chriſtum, quod erit in fine ſeculi. Secundũ hos tres ſtatus liber iſte diuiditur ĩ tres partes. Quia primo deſcribuntur mutua deſideria inter chriſtum & eccleſiã ſecundum quòd eccleſia fuit in ſtatu primitiuo. Secundo deſcribuntur talia deſideria quantum ad ſtatũ medium. Tertio quantum ad ſtatum vltimum. Secunda pars eſt ibi. (En lectulum Salomonis ſexaginta &c.) vltra medium tertii capituli. Tertia pars eſt ibi (Deſcendi in hortum meum.) circa finem ſexti capituli. Prima pars diuiditur in duas, ſecundum quòd deſideria primitiuæ eccleſiæ dupliciter diſtingui poſſunt. ſ. quantum ad adeptionem boni, & quantum ad fugam mali. Primo ergo Salomon deſcribit deſideria ſponſæ, ideſt eccleſiæ ſiue animæ ſanctæ ſecundum ꝙ deſiderat adipiſci diuinas dulcedines, & ſponſi ſui chriſti deguſtationes. Secundo ponit deſideria eius, ſecũdum quod deſiderat fugere exteriores tribulationes. Secũda ibi (nigra ſum ſed formoſa.) Prima diuiditur in duas, quia primo ponitur ſponſæ deſiderium. Secũdo quia ad obtinendum quod deſiderat non poteſt per ſe ſponſa ſufficere, implorat diuinum auxilium. Secũda ibi (trahe me poſt te.) Prima pars diuiditur in tres partes. Quia primo ponitur ſponſæ deſiderium. Secũdo ſubditur deſiderii cauſa ſiue ratio. Tertio ex ratione aſſignata concludit ſponſum ſuum naturaliter deſideratum eſſe. Secunda ibi (quia meliora.) Tertia ibi (ideo adoleſcentulæ.) Eſt autem tale deſiderium eccleſiæ quòd deſiderat oſculari oſculo oris dei, ideſt, adipiſci de dulcedine & gratia ipſius. Debet ergo optatiue legi iſta litera (oſculetur) ideſt, vtinam oſculare

tur me

tur me deus pater (oſculo oris ſui) ita q̄ deus pater ſit oſculans: filius ſit os: & ſpiritus ſanctus ſit oſculum. Dicitur autem filius os patris, inquantum eſt verbum eius, & manifeſtatiuus ipſius. Spiritus autem ſanctus dicitur oſculum: quia ſicut io oſculo procedit corporalis ſpiritus ab oſculāte per os: ſic ſpiritus ſanctus procedit etiam à patre procedendo à filio, cum filius hoc habeat a patre quòd ſpiret ſpiritū ſanctum. Ideo Aug. 15. lib. de Trinitate dicit ſpiritum ſanctum principaliter procedere à patre. Deſiderat ergo guſtare dulcedinem gratiæ, quæ appropriatur ſpiritui ſancto, participando eius bona, & ſuam gratiā. Deinde cum dicit,

Cap. 26.

Quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguētis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.

Aſſignat cauſam & rationem deſiderii ſui. Quod antequam exponamus, triplex nobis occurrit dubitatio literalis. Primo, quia videtur textus hic diſſutus eſſe: cū prius eccleſia locuta fuerit in perſona tertia dicens, Oſculetur me &c. poſtea aſſignando cauſam, locuta eſt deo in perſona ſecūda ſubdēs, Quia meliora ſunt vbera tua. Secundo etiam apparet textus diſſutus, & incōueniens ratio: quia cum ſponſa deſideret oſculum, ſi vellet aſſignare cauſam deſiderii ſui, deberet commendare labia per quæ fit oſculum, non vbera. Tertio videtur inconueniens huiuſmodi dictū: quia ſponſę conſueuerunt habere vbera, non ſponſi. Cum ergo in prędicta locutione ſponſa loquatur ad ſponſum, non videtur competens quòd laudat vbera eius. Reſpondeo dicendum quòd primam dubitationem ſoluit gloſſa dicens, quòd ſponſa loquitur more amantis: qui præ feruore dilectionis loquendo, ordinem non valet ſeruare: ideo aliquando loquitur in tertia perſona, aliquando in ſecūda. Poſſumus etiam aliter dicere, quòd ſponſa primordio ſuæ locutionis loquitur in tertia perſona, quia non audet tantum dominum in principio alloqui in ſecunda perſona. Sed petitione facta, cognoſcens ſe talia deſiderare oon poſſe ſine diuina gratia, iuxta illud quod habetur. 2. Corinth. 3. non q̄ ſufficientes ſimus cogitare aliq̄d à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: ideo confiſa de dei auxilio, quæ primo propoſuerat deo ſua deſideria in tertia perſona dicens (oſculetur me &c.) in aſſignando rationem deſiderii alloquitur ipſum in ſecunda perſona, ſubdēs (quia meliora ſunt vbera tua.) Secunda dubitatio ſic ſoluitur, quia ſecundum Dionyſium primo de Diuinis nominibus, Intelligibilia ſunt incomprehenſibilia à ſenſibus: ideo per vnum ſenſibile non expreſſe manifeſtatur intelligibile: ſed multa ſenſibilia expreſſius vnum intelligibile notificant. Vt ergo detur intelligi oſculum à ſponſa quæſitum non fuiſſe carnale, ſed ſpirituale (in quo non tantum bonitas labiorum, ſed etiam vberum, & aliorum ſenſibilium multorum, perabundantius comprehenditur) in laudando ſponſa prædictum oſculum, laudat ſponſa vbera, non labia. Tertia dubitatio ſoluitur ſic à gloſ. quia ideo tribuit ſponſa ſponſo vbera, vt oſtendat ſe loqui figuratiue. Aliter etiam poteſt ſolui: quia non eſt ſimile de matrimonio carnali, & ſpirituali: nam in matrimonio carnali ſponſa dat dotes ſponſo, ſed in ſpirituali contrariū eſt, quia ſponſus, ideſt, chriſtus dotat animam: & propterea in huiuſmodi matrimonio vbera principalius competunt ſponſo. His viſis eſt notandum quòd aſſignare rationem vel cauſam, qua aliquid ſit deſideratum, eſt oſtēdere illud eſſe bonum, quia ſecundum Philoſophum in principio libri Ethicorū, & in primo Rhetoricæ, Bonum eſt quod omnia appetunt. Et quia bona ſpiritualia innoteſcunt per corporalia, ideo ſponſa oſtēdendo dulcedinem oſculi ſponſi, ſiue bonitatem diuinæ dulcedinis, commendat eam tripliciter. Primo ex eo quod reficit guſtum, quod notatur cū dicitur, (Quia meliora ſunt ubera tua vino.) Secundo ex eo quòd reficit odoratum, quod notatur cum ſubiungitur (Fragrantia vnguentis optimis.) Tertio, quia delectat tactum, quod notatur cum additur (Oleum effuſum nomen tuum.) Ad intelligētiam dictorum notandum eſt, quòd dulcedo quam eccleſia ſponſa chriſti adipiſci deſiderat, potiſſime habetur ſecundum contemplatiuam vitam. Vita autem contemplatiua ſecundum quòd de ea locuti ſunt Theologi, Apoſtoli, & Philoſophi, & Epicuri, non accipitur vniformiter. Nam Philoſophi finem contemplationis ponunt in ſapere: ideo in. 10. Ethicorum, vbi declaratur de fœlicitate, oſtenditur operationem per actionem perfectam ſecundum ſpeculationem, eſſe huiuſmodi fœlicitatem. Nam ſpeculari in ſapiētia ſecundū Methaphyſicum eſt ſumma fœlicitas, quam poſuerunt Philoſophi: ideo Philoſophus in 10. Ethicorum, volens talem fœlicitatem ſumme extollere, oſtendit eam maxime delectabilem, dicens, Philoſophia videtur habere delectationes mirabiles puritate, & firmitate. Sed contemplatio, vt de ea loquuntur Theologi, magis cōſiſtit in ſapore quàm in ſapere: & magis conſiſtit in dilectione, & dulcedine, quàm in contemplatione. Et ſi inuenitur ſtudium literarum aliquando pertinere ad contemplatiuam vitam ſecundum Theologos: hoc eſt quantum per huiuſmodi ſtudiū manuducimur in amorem dei. Si ergo ad hoc ſtudeat aliquis vt ſciat, non ut ædificet, & in dilectione dei proficiat: cognoſcat ſe viuere vita contemplatiua ſecundum Philoſophos, & non ſecundum Theologos. Si ergo de huiuſmodi cōtemplationibus ſecundum ſenſibilia loqui volumus per quandam adaptationem, dicere poſſumus vitam contemplatiuam Philoſophorum reficere auditum, & viſum: ſpiritualem autem contemplationem Theologorum reficere guſtum, odoratum, & tactū. Nam licet omnes ſenſus nobis ad cognitionem deſeruiant: potiſſime tamen auditus & viſus nobis famulantur ad ſcientiam. Nam ſecundum Philoſophum omne quod quis nouit, aut diſcens, aut inueniens nouit. Auditus ergo qui eſt ſenſus diſciplinabilis ſecundum Philoſophum primo Metaphyſicæ deſeruit ad ſcientiam quæ habetur per doctrinam, & ut ſcimus diſcentes. viſus autem qui plures differentias rerum demonſtrat (vt in eodē primo Metaphyſicæ dicitur) deſeruit nobis ad ſcientiam quæ habetur per inuentionem, & ut inuenientes eā nouimus. Ideo contemplatio philoſophica quę cōſiſtit in ſapere, apparet (ſi cōſiderentur prædicta) quod potiſſime reficit auditum, & viſum. Contemplatio vero ſpiritualis que conſiſtit in ſapore, & ſecundū quam eſt vita noſtra, habet reficere guſtum, odoratum, & tactum, quæ magis nobis deſeruiunt ad neceſſitatem vitæ. Vnde cum beatitudo Philoſophorum conſiſtat in intellectu, beatitudo vero ſpiritualis completiuè & cōſumatiue conſiſtat in volūtate, vt ſuo loco poterit declarari: & cum cogitationes mentis dicantur locutiones, & viſiones, vt plane dicit Augu. in. 5. de Trinitate. non tamen proprie dicūtur guſtationes, & odorationes, & tactus, quia talia magis videtur tenere ſe ea parte voluntatis: ſatis apparet bene eſſe dictū quod propoſuimus ſupra, contemplationem philoſophicā reficere auditum & viſum: ſpiritualem vero guſtū, odoratum, & tactum. Volens ergo ſponſa commendare contemplationem ſpiritualem, non philoſophicā, ait. (Meliora ſunt vbera tua vino &c.) In quibus verbis tangit tria genera hominum exiſtentium in eccleſia, quos aliquo modo reficit diuina dulcedo. Nā inquantum vbera ſpōſi, ideſt, voluptas dulcedinis eius melior vino dicitur, ideſt, omni ſapore corporali, perficiūtur perfecti, qui talem dulcedinem nitūtur guſtare. Prout vero huiuſmodi vbera ſunt fragrantia vnguentis op-

Cap. 1.
Cap. 6.


Cap. 8.

Cōtemplatio chriſtiana magis conſiſtit in dilectiōe q̄ in cognitione.

Cap. 12.

timis,ideſt,omnibus odoribus ſenſibilibus, reficiuntur A
proficientes,qui ad talem dulcedinem mouentur per
odoratum. Sed vt nomen chriſti eſt oleum effuſum,
propter ſui mollitiem, & pinguedinem delectans ta-
ctum,ſuper cætera reficiuntur incipientes, qui ſe ha-
bent ad modum habentium ſolum tactum ſecundum
ſpiritualem vitam. Nam ſicut tactus eſt illud quo refi-
citur ſenſibilis vita in infirmo, quia animal ſecũdum
1. de Aia. 17. Philoſophum eſt animal ſecundum tactum, quia talis
vita ſine tactu remanere non poteſt: hinc incipientes
participant ſpiritualem vitam in infirmis: propter qđ
videntur habere ſolum tactum ſecundum talem vitã:
ſed cum proficere ſit ratione profectus,odoratum ac-
quirunt ſecundum quòd mouetur ad odorem dulce-
dinis. Cum vero perfecti ſunt, plenè in Chriſto dele-
ctantur & dulcedinem eius guſtant. Deinde cum dicit.
(ideo adoleſcentulæ) infert ex dictis ſponſum chri-
ſtum eſſe vniuerſaliter dilectum in eccleſia: Et conti-
nuatur ſic textus,O domine Ieſu Chriſte qui es omnia B
in omnibus conformando te omnibus.ſ.pfectis,pro-
ficientibus,& incipientibus,omnibus ſecundum ſuum
modum tuas dulcedines tribuens. Et quia omnibus
ſic te conformas,(ideo adoleſcentulæ) ideſt incipien
tes(dilexerunt te.) Vult ergo arguere ſponſa per lo
cum à minori.Nam ſi adoleſcentulę,ideſt,incipientes,
de quibus minus videtur,diligunt chriſtum,ſequitur ꝙ
chriſtus in eccleſia ſit vniuerſaliter dilectus. Et notan
dum quòd iſta concluſio (ideo adoleſcentulæ &c.)
dupliciter poteſt continuari. Primo quòd ſequatur
ex omnibus ſupradictis: ſecundum quem modum eſt
expoſitum.Secundo quòd ſequatur ex immediate ſu-
prapoſitis, vt quia nomen chriſti eſt oleum effuſum,
ideſt reficit incipientes, vt eſt expoſitum,(Ideo ado-
leſcentulæ) per quas intelliguntur incipientes,dile-
xerunt te. Dicuntur autem adoleſcentulæ incipien-
tes,vt patet per gloſſam, quia adoleſcentulæ ſunt ue- C
tuſtæ per culpam, ſed nouellæ per gratiam. Semper
autem per locum à minori concluditur,chriſtum eſſe
vniuerſaliter dilectum.

LECTIO. II.



RAHE me poſt
te.

Poſtquam ſponſa ex-
preſſit ſuum deſiderium,
ſcilicet quòd dulcedinem
Chriſti adipiſci volebat:
videns per ſeipſam non
poſſe obtinere ſuum deſi
derium, in parte iſta im- D
plorat diuinum auxiliũ.
Et diuiditur pars iſta in partes duas: quia in poſtulan
do?rale auxilium, primo ponitur ſponſæ petitio: ſe-
cundo,ſponſi exauditio,ibi introduxit me rex. Circa
primum duo facit: quia primo ſponſa implorat diui-
num auxilium: ſecundo confitetur ipſum eſſe ſuaue,
& validum. Primum habetur,cum dicitur(Trahe me
poſt te.)Secundum,cum ſubditur(Curremus in odo
rem vnguentorum tuorum.) Continuetur ergo ſic,
Domine Ieſu chriſte video quòd ex me non poſſum
ad te venire,nec tuam dulcedinem guſtare: ideo tuum
auxilium implorando,rogo (trahe me poſt te.) Nam
ſecundum quod Chriſtus dicebat Ioannis.6.Nemo po
teſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit il-
lum. Et quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis, vt dicit
Auguſtinus primo de Trinitate capitulo.3. & Dama-
ſcenus libro tertio capitulo.18.ideo ſicut nullus acce
dit ad chriſtum ſponſum niſi pater eum trahat:ita nul
lus accedit ad chriſtum ſponſum niſi chriſtus eum tra- A
hat.Bene ergo dicit ſponſa,ideſt, eccleſia,ſponſo ſuo
chriſto,Trahe me poſt te. Deinde cum dicit.

Curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Sponſa confitetur auxilium chriſti eſſe ſuaue, & va-
lidum. Continuetur autem ſic, non ad inſipientiam
dico, Trahe me poſt te: quia tuus tractus eſt ſuauis,&
validus: quia ſi tu me traxeris non ſolum mouebor
qualitercũqꝫ,ſed etiam curram (in odorem vnguen-
torum tuorum) ideſt,velociter mouebor: dummodo
poſſim ſuauiter odorare virtutem,& dona tua. Notan
dum autem quòd cum ſponſa dicit ſe curſurã ad tra-
ctum chriſti,confitetur eius tractum non eſſe violentũ
ſed ſuaue: nam currere eſt volũtate moueri. Rurſum
confitetur talem tractum eſſe fortem: quia in curſu
notatur velocitas motus,quæ ſine magna virtute eſſe
non poteſt. Nec mirum ſi chriſtus trahit ſuauiter, &
B fortiter: quia chriſtus eſt dei virtus,& dei ſapientia,ſe-
cundum Apoſtolum.1.ad Corinth.1. Et ſapientia (vt
legitur Sap.8.) attingit à fine vſqꝫ ad finem fortiter,&
diſponit omnia ſuauiter. Et notandum quòd ſponſa
cum poſtulat ſe trahi, nominat ſe in ſingulari dicens
Trahe me poſt te. Cum dicit huiuſmodi tractui ſe obedire,
nominat ſe in plurali dicens, Curremus in odorẽ &c.
Cuius ratio eſt,quia deus quantum eſt de ſe, vno mo-
do trahit: quia ſecundum Dionyſium.4.capitulo de
Diuinis nominibus,ſicut Sol nõ ratiocinans,neqꝫ prę-
eligens,immittit radios ſuos ſenſibiles:ſic deus immit-
tit radios ſuos intelligibiles. Non tamẽ trahimur vno
modo,quia licet deus vno modo ſe habeat ad omnia,
non tamen ſe habent omnia vniformiter ad ipſum:q́a
eadem influentia diuerſimode recipitur in creaturis.
Quomodo autem intelligendum ſit dictum Dionyſii,
& quomodo deus ſe habeat ad omnia vniformiter,ali
C bi declarauimus. Deinde cum dicit.

Introduxit me rex in cellaria ſua.

Ponitur quomodo ſponſus exaudiat petitiones ſuę
ſponſæ.Et circa hoc ſponſa tria oſtendit: quia primo
dicit ſe ad dulcedinem quam petierat eſſe introductã:
ſecundo bonũ quod deſiderauerat gaudet ſe eſſe ade-
ptam: tertio fatetur ſe circa illud bonum non eſſe de-
ceptam.Primum cum dicitur (Introduxit me rex)Se-
cundum cum annectitur(exultabimus.)Tertium cum
ſubinfertur (Memores vberum) Continuetur autem
ſic.Non in vanum petii diuinum auxilium: quia ſpon-
ſus meus qui eſt chriſtus,rex regum, & dominus domi-
nantium, reſpiciens humilem petitionem meam, (in-
troduxit me in cellaria ſua) ideſt,in dulcedinem ſuam,
dando mihi gratiam ſuam. Dicitur autem gratia cel-
laria in plurali,quia ab ea fluunt & deriuantur ſingulę
virtutes ſpirituales,perficientes diuerſas potentias: &
D ſecundum diuerſas virtutes diuerſarum potentiarum,
diuerſimode lętamur,& gaudemus in domino. Et per-
fecti ſecundum tales virtutes deriuatas à gratia', quo-
dammodo potamus vina ſpiritualis lætitiæ de diuer-
ſis cellariis. Deinde cum dicit.

Exultabimus & lætabimur in te.

Oſtendit,ſponſam, bonum, quod deſiderabat.ſ.ip-
ſum deum,eſſe adeptam.Nam ſecundum modum intel
ligendi,prius perficimur ſecundum gratiam diuinam,
& poſtea perfecti per gratiam, adipiſcimur ipſum ad
quem gratia nos ordinat: ideo introducti per gratiam
in ſpiritualem lætitiam (exultabimus & lętabimur in
te.)Notandum autem quòd vniuerſaliter omnes ho-
mines appetunt beatitudinem, diuerſificant autem in
particulari: quia quidam ponunt fœlicitatem in ve-
nereis,quidam in diuitiis, & ſic de aliis in quibus non
eſt vera beatitudo: quia non delectantur in ipſo ſum-
mo,& vero bono,ſed in quadam participatione eius,
inquantum omnia participant pulchro,& bono. Gra- 1. Ethic. ca. 8.
tia

tia vero diuina facit nos ponere fœlicitatem in ſummo, & vero bono, & non in alio: ideo ſignanter dicit (exultabimus & lætabimur in te,) qui es ſummum, & verum bonum. Deinde cum dicit.

Memores vberum tuorum ſuper vinum. Recti diligunt te.

Oſtendit ſe circa bonum quod deſiderauerat nõ eſſe deceptam. Ad cuius euidentiam notãdum hanc eſſe differentiã inter ſenſibilia, & intellectualia bona: quia ſenſibilia bona, antequam habeantur, reputantur magna: habita autem vileſcunt. vt poteſt haberi ab Auguſtino in lib. de Doctrina chriſtiana, & à Philoſopho in primo Ethicorum. (Circa finem.) Propter quod quilibet inuenit ſe deceptum, cum adipiſcitur ſenſibilia bona: quia nõ reputat ea tanta bona, poſtquam habet, quanta credebat. Sed in intellectualibus bonis nõ ſic ſe habet: quia habita, maiora reputantur, & potiſſima, & præcipue ſummum bonum quod deus eſt. Cauſa autem, quare bona ſenſibilia per modicũ tempus delectant, & quòd non inueniuntur tanta bona ſicut credebantur, aſſignari poteſt: quia huiuſmodi bona non ſunt delectabilia ſecundũ ſe, & quòd delectent hoc eſt ratione habentium appetitũ corruptum: quia vt vnuſquiſq; eſt, talis ſibi finis videtur, vt dicitur in. 3. Ethicorũ. (Cap. 8.) Et quia hmõi appetitus ſeruat naturam vt tranſmutabilem, ideo facta mutatione in natura, quæ prius erant delectabilia, poſtea non ſunt. Vnde dicit Philoſophus. 1. Rhetor. in Tractatu de Diſceptatione, quòd tranſmutare eſt delectabile: quia in ipſa natura ſit tranſmutatio. In bonis autem dei vel diuinis non ſic ſe habet: nam talia bona ſecundum ſe ſunt appetibilia: & ideo delectabilia ſecundum ſe, quia ea deſideramus ſecundum illud quod in nobis eſt ſupremum & optimum: vnde etiam deſiderando ea diſtrahimur ab huiuſmodi varietatibus: propter quod talia adepta nunquam habentur in faſtidio: immo ſemper inueniuntur eſſe maiora bona, quàm crederentur ante. Continuetur ergo ſic litera (Nos memores vberum tuorum) id eſt, memores quod diximus de vberibus, quòd ſunt meliora vino: non ſumus decepti circa talẽ ſententiam, quia recti, id eſt, illi qui recte ſapiunt, diligunt te ſuper vinum. Bene poterat dicere illa ſpõſa (poſtquam introducta erat in cellaria ſponſi, & guſtauerat dulcedinem eius) id quod dixit regina Saba regi Salomoni: quæ (vt habetur. 2. Paral. 9.) cum audiſſet famam Salomonis, venit tentare eum. Et cum locuta eſt ei quæcunq; erãt in corde ſuo, & poſtquam expoſuit ei Salomon oĩa quæ propoſuerat, nec fuit verbũ quod poſſet regem latere: videns ſapientiam Salomonis, non erat prę ſtupore in ea ſpiritus: dixitq; regi, Verus eſt ſermo quẽ audieram in terra mea de virtutibus tuis. Notandum autem ꝙ ſponſa prius loquitur in ſingulari, dicens (introduxit me.) poſtea in plurali, cum ſubdit, (Exultabimus & lætabimur in te, memores vberũ &c.) quod propter eandem cauſam cõtigit, quam ſuperius aſſignauimus. Poteſt & alia cauſa aſſignari: quia ſponſa quæ vnum petiit, multis modis, & multis communicatum, & cõmunicandum inuenit: in quibus, & pro quibus gaudẽs, dicit, Exultabimus & lætabimur &c.)

LECTIO. III.

Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar: ſicut pelles Salomonis.

Poſtquam poſita ſunt deſideria ſponſæ, ſecundum quæ deſiderabat adipiſci diuinam dulcedinẽ, ſiue diuina bona. Hic po-

A nuntur deſideria eius, ſecundum quę deſiderabat fugere tribulationes, & mala. Ad intelligentiam autem dicendorum, notandum, ſponſam chriſti eſſe eccleſiam. Eccleſia autem dupliciter poteſt accipi. Primo pro tota congregatione fidelium. Secundo pro ipſis Prælatis: quia quando aliquod nomen conuenit toti cõgregationi, tale nomen dicitur de ſuperiori parte totius. Sicut videmus ꝙ hoc nomen homo, eſt nomen totius coniuncti: tamen quia intellectiua pars in homine eſt ſuperior, nuncupamus hominem etiam illam partem ſuperiorem quę dicitur intellectiua: quia quę facit homo ſecundum intellectum, dicitur facere per ſeipſum: propter quod Philoſophus in. 9. Ethicorum dicit, hominem eſſe magis intellectum quàm ſenſum. Sic etiam quia nomen eccleſię dicitur de tota congregatione fidelium, prælati qui ſupremum gradum in eccleſia tenent dicuntur Eccleſia. Et quod prælati faciunt, dicitur eccleſia facere. Et dñs de eo qui noluit audire vnũ, aut duos, aut tres, ait, Dic eccleſię. i. pręlato, ſecundũ vnum (Matth. 18.)

B modum exponendi. Sic ergo accipiendo eccleſiã pro ipſis prælatis, melius poterimus continuare ſeriem literæ. Hoc viſo, ſciendum eſt prælatos propter curã quã habent dupliciter turbari. Primo exterius, propter illatas tribulationes. Secundo interius, quia interiores tribulationes aliqñ mentem intantum diſtrahunt, ꝙ ſi poſt tribulationem quis ad mentẽ velit regredi, inueniat ſe non poſſe percipere illam dulcedinem quam prius perceperat. Salomon ergo in narrando tribulationes eccleſiæ i. prælatorum, duo facit. Quia primo exteriores tribulationes narrat. Secũdo interiores diſtractiones, ibi (In lectulo meo quæſiui quem diligit anima mea.) in principio ſecundi capituli. Propter primum notandum ꝙ eccleſia primitiua de qua nunc agitur (vt patet ex textu) habebat quatuor genera tribulationum: & quantum ad duo, conueniebat cum eccleſia moderna: quantum ad alia duo, differebat. Nam

C eccleſia moderna ſiue prælati temporis huius, dupliciter turbantur. Primo ex adminiſtratione filiorũ: adminiſtrantes enim non facile eſt ſine turbatione eſſe, vt habetur. 2. Corint. 11. cap. Turbãtur ex inſidiatiõe hæreticorũ: quia adhuc hodie regnant multi falſi chriſtiani. Has autem duas tribulationes habebat primitiua eccleſia: nam prælati tunc temporis habebant curam ſubditorum & hæretici inſidiabãtur eis. Habebat etiam illa eccleſia duo genera turbationum quæ non habet iſta: quia tunc temporis cõiter chriſtiani, & maxime pręlati impugnabantur à Iudæis, & Gentibus, à quibus non impugnatur modo: nõ enim impugnatur a gentibus, qa plenitudo Gentiũ iam intrauit eccl'ãs nec ipugnatur à Iudæis, qa nõ ſunt illius authoritatis ſup xpianos, cuius erãt tũc. Duo ergo facit Salomon: qa primo narrat turbationes primitiuæ eccleſię, in quibus differebat ab iſta. Secũdo illas etiam in quibus cõueniebat cum iſta, ibi, in principio ſecundi capituli.

D Ego flos cãpi. ¶ Prima pars diuiditur in duas partes: quia primo narrat ſponſa huiuſmodi turbationem. Secundo petit chriſti ſubuentionem, ibi (Indica mihi quem diligit anima mea.) Turbatio autem quam habuit primitiua eccleſia differens à moderna erat ſimulatio Gentium, & impugnatio Iudæorum. Ideo circa primũ duo facit. Quia primo inſtruitur eccleſia quomodo turbabatur ex gentiliũ ſimulatione. Secundo, quomodo impugnabatur ex Iudæorũ vexatione, ibi (filii matris meę.) Prima pars diuiditur in duas. Quia primo ponitur gentilium impugnatio. Secundo ex illa impugnatione ſubinfertur filiorum inſtructio, ibi (Nolite me conſiderare.) Propter primũ, notandum ꝙ impugnatio eccleſiæ facit ad eius pulchritudinem: ideo eccleſia narrando turbationem quã patiebatur à gentilibus, narrat etiam pulchritudinem ſuam. Continuetur ſic litera, (O filiæ Hieruſalem,) quarum curã hẽre debeo, ego eccleſia mater veſtra ſum nigra, ſicut

A tabernacula Cedar: ſed ſum formoſa, ſicut pelles Salomonis. Cedar fuit ſecũdus filius Iſmahelis (ut dicitur Geñ. 25.) & fuit profugus ſuper terram, ſicut Iſmahel Gen. 16. pater ſuus, cui dictum fuerat, Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium cõtra eum. Ideo Cedar quaſi habitus odio ab omnibus gentibus, non morabatur inter gentes, ſed morabatur extra in tentoriis, cuius tabernacula ratione pluuię denigrata erant. Sic eccleſia deſpecta à Gentibus, inter eos abſq; turbatione manere non poterat, vt gloſſa videtur tangere: in quo notatur turbatio quá eccleſia primitiua patiebatur à gẽtibus: & licet ſic eſſet nigra propter turbationes illatas exterius, attamen interius (formoſa ſum, ſicut pelles Salomonis,) quæ fuerunt rubricatæ, ex quibus fecit tabernaculum, ſicut gloſſa tangit: vel ex quibus texit arcam domini, in quo notatur formoſitas ſecundum charitatem. Deinde cum dicit.

Arca dei poſita i medio pelliũ. 2. Reg. 7.

Nolite me conſiderare quód fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.

B Poſtquam eccleſia narrauit turbationem ſuam: nũc ex turbatione illata conuertit ſe ad inſtruendũ filios ſuos, & confirmandum eos, dicens, O filiæ Hieruſalem, nolite conſiderare me quod fuſca ſim: quia ſol. i. chriſtus decolorauit me. i. denigrauit me. Dicitur aũt chriſtus denigraſſe eccleſiam primitiuam: quia fuit cauſa finalis ſuę denigrationis, inquantum propter Chriſtũ denigrata erat, ſentiendo turbationes illatas à gentibus. Intendit ergo eccleſia inſtruere filios ſuos per talẽ rationem: quia intentio & conſideratio principalis nó eſt ponẽda in iis quæ ſunt ad finem, ſed in ipſo fine: ſed turbationes mundi ſunt ea per quæ venimus ad chriſtum, Chriſtus eſt finis noſter. Cum ergo turbamur propter chriſtum, non debemus cõſiderare nec curare de ipſis turbationibus, ſed tota intentio noſtra debet poni in chriſto, propter quem talia ſuſtinemus. Deinde cum ſequitur.

Filii matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: C vineam meam non cuſtodiui.

Poſita illa parte in qua eccleſia narrauit turbationes Gentium: narrat ſtimulationes Iudæorum. Ad cuius euidentiam notandũ eſt q; Iudęi, perſequendo apoſtolos & chriſtianos qui erant in hieruſalem, fecerũt q; dicti chriſtiani conuerterent ſe ad gentes, iuxta illud Act. 13. Ecce conuertimur ad gentes. Et conuertendo ſe ad gentes, facti fuerunt cuſtodes vinearum. i. gentiũ: propter quod ſaltem occaſionaliter Iudæi eccleſiam primitiuam cuſtodem fecerunt in vineis gentium, expellendo eam de hieruſalẽ. Propter quod apoſtoli cuſtodiendo gentes, non cuſtodierunt hieruſalẽ quę erat quaſi vinea propria ipſorum. In numerando ergo eccleſia turbationes Iudæorum tria tangit. Primo narrat perſonas impugnantes eam, cum dicit (filii matris meæ) i. Iudæi pugnauerunt contra me. Fuit enim ſynagoga D quaſi mater noſtra: quia ab ea aliquo mó proceſſit eccleſia. Et quia Iudæi erant filii ſynagogæ, ideo eccleſia vocat eos filios matris ſuæ. Secũdo ponit turbationis exceſſum, cum ſubdit (poſuerunt me cuſtodem in vineis.) quia tantus fuit exceſſu turbationis, q; chriſtiani non ualentes ſtare in hieruſalem, conuerterunt ſe ad Gentes, quarum facti ſunt cuſtodes. Tertio ponit impugnationis effectum cum ſubinfertur (vineã meam non cuſtodiui.) quia ex hoc ſecutum eſt, ut relinquerent hieruſalem. Deinde cum dicit.

Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

Videns eccleſiam ſe habere tot turbationes, petit chriſti auxilium, & ſubuentionem: & diuiditur in partes duas: quia primo ſponſę petitio ponitur ſiue quęſitio, ſecundo ſubiungitur quæſiti ratio, ibi (ne vagari A incipiam.) Continuetur ſic, ò mi ſponſe domine Ieſu chriſte (quẽ diligit anima mea,) tu vides me tot tribulationibus circũuentam: & quia ſine te nó poſſum eas fugere, ergo (indica mihi vbi paſcas, ubi cubes in meridie.) Volebat eccleſia ſcire domũ chriſti, q̃ domus eſt in qua paſcimur, & requieſcimus: & ſciebat chriſtum non eſſe vagabundum. Immo quicũq; ad domum ſuã iret eum quærere, & ad eum recurrere in ſuis tribulationibus, ſciebat quód eum ſemper inueniret paratũ, & promptum. Ideo dixit (indica mihi vbi cubes in meridie). Homines cubãt in nocte, Chriſtus autem in meridie cubat, & in plena luce: quia ipſe eſt deus verus, q; eſt vera lux, & in eo tenebræ non ſunt vllæ. Deinde cũ dicit. Ioan. 1.

Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

Aſſignat rationem quæſiti: nam ideo eccleſia in ſuis B tribulationibus recurrit ad chriſtum, ne vagari incipiat poſt ſodales chriſti. Dicuntur autem ſodales chriſti hæretici, qui nolunt eſſe imitatores, ſed ſocii & ſodales ipſius, inquantum propria docere cupiunt, & eſſe magiſtri, vt chriſtus fuit. Deinde cum dicit.

Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres.

Ponitur chriſti reſponſio. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quód ſponſa increpãda erat dupliciter. Primo ea quæſtione quam fecerat, cum dixit (indica mihi vbi paſcas.) videbatur enim velle quærere deũ abſentem, nam in ſeipſa debebat eum quærere: ideo quãtum ad quæſtionem quam fecerat, increpanda erat de ignorantia: ſed quantum ad quæſtionis rationẽ quodam modo increpanda erat de diffidentia: videbatur enim dubitare num chriſtus ſemper eſſet præſens eam adiuuans, cum dicebat, Ne vagari incipiam. Diuiditur ergo hæc pars in duas: quia primo chriſtus increpat C ſponſam de ignorantia: ſecũdo ne diffidat, narrat quę mala eam ſequantur ex tali ignorantia, ibi (Egredere & abi.) Dicit ergo (ò pulcherrima inter omnes mulieres,) ideo quæris me abſentem, & dicis, Vbi paſcas, vbi cubes) ideſt, quia ignoras te: nam ſi te cognoſceres quæreres me in te ipſa. Notandum quód nominat eccleſiam pulcherrimam: quia deus quærendus eſt in anima, ut anima eſt imago eius: & quia de tali ignorantia eam increpat, ideo appellat eam pulcherrimã: quia vt eſt imago dei, pulcherrima eſt. Conſequenter cum dicit.

Egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Narrat mala, quæ ſequuntur ipſam ex tali ignoran D tia: & dicit duo. Primum, eſt cæcitas intellectus. Secundum, eſt malitia affectus. Continuetur ſic: quia tu pulcherrima inter mulieres, ſi te ignoras, (Egredere & abi,) ideſt egredieris, & abibis (poſt veſtigia gregum,) ideſt, dogmata, & exempla hæreticorum. Nam de illis gregibus nunc loquitur, de quibus ſupra dixerat, Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum, ideſt, poſt hæreticos, vt dictum fuit: in quo notatur ignorantia intellectus: (& paſce) ideſt, paſces (hœdos tuos) ideſt, carnalia deſideria tua adimplebis. Nã hœdus eſt animal fœtidum, in quo notantur carnales motus. Et hóc (iuxta tabernacula paſtorum) quia tu ibis poſt carnalia deſideria, ſicut & alii carnales vadunt, qui intelliguntur per paſtores hœdorũ. Deinde cum dicit.

Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.

Quia

Quia ſponſa videbatur diffi lere: ne diffi lat, ſed plene confidat de chriſto, narrat beneficia quæ ei contulit. Et circa hoc duo facit. Primo narrat beneficium quod ei contulit reſpectu inimicorum quos ſuppeditauit. Secundo narrat beneficia quæ ei contulit reſpectu maiorum bonorum quæ acquiſiuit, ibi (pulchræ ſunt genæ tuæ) Continuetur ſic, O (amica mea) non diffidis, quia ego (aſſimilaui te equitatui meo.) ideſt populo Iſraelitico, qui fuit meus populus peculiaris, quem tanquam equum poſſidebam & regebam. Illi ergo populo te aſſimilaui (in curribus Pharaonis:) quia ſicut currus Pharaonis & equites eius fuerunt ſubmerſi in mari rubro, vt habetur Exod. 14. Ita dæmones te infeſtantes, qui intelliguntur per currus Pharaonis, ego conculcabo & deprimam. Deinde cum dicit.

A confidere: vnde quaſi correpta de diffidentia, confitetur beneficia ſibi facta. Secúdo quaſi correpta de ignorantia, confitetur ſe non debere deum quærere abſentem ſed præſentem. Secunda ibi (lectulus noſter floridus.) Propter primum notandum ꝙ ſecundum Philoſophum primo Rhetoricorũ, Differẽtia eſt inter correctionem, & peruinctionem: quia correctio ſiue caſtigatio, eſt gratia patiẽtis, vt bonus fiat: ſed peruinctio eſt gratia facientis, vt ſanetur. Ideo cũ aliquis corrigitur, ſi propter correctiones melioratur, & acquieſcit corrigenti, debet commendari, & laudari, vt in correctione ſua maneat. Diuiditur ergo pars iſta ĩ partes duas: quia primo quantum ad diffidentiam ponitur ſponſę correctio. ſecundo eiuſdem commendatio, ibi (Ecce tu pulchra es amica mea.) Correctio aũt ſponſæ quãtum ad diffidentiam conſiſtit in beneficiorũ recognitione, quia confitetur auxilia ſibi facta. Huiuſmodi autem auxilia (vt dictum fuit) fuerunt quatuor, quę de Cap. 11.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.

Tangit bona quę ei contulit, cum quibus ad maiora proficere potuit: & enumerat tria bona maxĩe B neceſſaria quæ ei contulit. Primo charitatem. Secundo fidem, ibi (collum tuum.) Tertio ſpem, ibi (murenulas aureas.) Continuetur ſic, Non ſolum de me debes confidere, quia tuos depreſſi inimicos, ſed etiam quia contuli tibi multa bona ad merẽdum. Dedi enim tibi virtutem charitatis, qua me actorem, & factorem diligeres: de qua dicit (pulchræ ſunt genæ tuæ) ideſt affectiones tuæ, (ſicut turturis.) Turtur eſt aĩal valde dilectiuum, & poſtquam perdidit ſocium, alium renuit. In quo notatur ardor charitatis. Deinde cum dicit.

Turturis natura.

B chriſto notabiliter prędicantur. Nam oppreſſio inimicorum poteſt appropriari incarnationi. Licet. n. per paſſionem princeps huius mundi ſit eiectus foras: hoc non fuit niſi quia homo ille qui patiebatur deus erat, & quia in incarnatione deus factus fuit hõ. Ideo inimicorum oppreſſio non incongrue incarnationi attribuitur. Donum aũt charitatis poteſt appropriari paſſioni: quia maiorem charitatem nemo habet quàm vt ponat animam ſuam quis pro amicis ſuis. Donum autem fidei poteſt appropriari reſurrectioni: quia chriſto paſſo omnes apoſtoli titubauerũt. Ipſe vero reſurgens cõfirmauit eos in fide: quia poſt paſſionem ſuam præbuit ſemetipſum viuum in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei: vt dicitur Act. 1. Spes autem poteſt appropriari aſcenſioni, & miſſioni ſpũs ſancti: quia chriſtus aſcẽdẽs miſit eccleſiæ ſuæ ſpiritum ſanctum, quem accipientes habent pignus hæreditatis æternæ: propter quod ſolidata fuit ſpes reſpectu præmiorum æternorum. Quatuor ergo facit ſponſa, ſecũdum ꝙ quatuor beneficia confitetur. Nam primo confitetur incarnationem, per quam inimici deprimuntur. Secundo paſſionem, qua charitas chriſti oſtenditur. Tertio reſurrectionem, per quam fides noſtra confirmatur. Quarto & vltimo confitetur ſpũs ſancti miſſionem, per quam ſpes noſtra roboratur. ſecũda ibi (faſciculus myrrhæ.) Tertia ibi, (Botrus cypri.) quarta ibi, (in vineis Engaddi.) Dicit ergo (dum eſſet rex in accubitu ſuo) ideſt in ſinu pr̃is, in quo quieſcit: (Nardus mea) .i. humilitas mea. Nardus enim eſt herba modica, & odorifera: & ſignificat humilitatem quæ dedit odorem, quando filius reſpiciens humilitatem eccleſiæ ſuæ incarnatus eſt. Deinde cum dicit. Ioan. 15.

Collum tuum ſicut monilia.

Oſtendit ꝙ ei cõtulit fidem. Et continuetur ſic, Non ſolum dedi charitatem, quia feci ꝙ genæ tuæ eſſent ſicut turturis, ſed etiam contuli tibi fidem, quia collum tuum, ideſt, fides tua, per quam mihi capiti iungeris, ſicut per collum caput iungitur corpori, feci (ſicut C monilia) ideſt, ſicut ornamentum non habens exteriorem amictum: quia purum, & ſolum deum tenes in pectore. Deinde cum dicit.

Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

Oſtendit ꝙ ei contulit ſpem. Spes autem eſt reſpectu præmii ęterni. Hmôi autem præmium eſt duplex, videlicet, eſſentiale, vt gaudium de bono increato: & accidentale, videlicet, de bono creato. Et vtrũq; tangit dicens. (nos faciemus tibi murenulas aureas) .i. infundemus tibi ſpem reſpectu præmii eſſentialis. Nam præmium eſſentiale communi nomine dicitur aurea, ſicut accidentale dicitur aureola: huiuſmodi aurea ſiue pręmium eſſentiale, dicitur murenula, quæ eſt cathenula coniungens ornamentum colli intus, diuerſis coloribus colorata: ergo præmium eſſentiale, eſt vnus deus. D Attamen ſecundum diuerſitatem meritorum, de illo deo non omnes habebunt par gaudium. quod declarat dominus, Ioan. 13. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Huiuſmodi autẽ murenula aurea erit vermiculata argento, propter additionem præmii accidentalis: quia ſicut argentum deficit ab auro, ſic præmium accidentale deficit à ſubſtantiali. Dicitur autem huiuſmodi præmium accidentale vermiculatum propter diuerſitatem eius: quia non idem præmium accidentale habebunt omnes. Notandum autem quod ſignanter, cum loquitur de ſpe pręmii, dicit (faciemus:) quia ſpes reſpicit futurum tempus. Deinde cum dicit.

Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

Ponitur correctio ſponſæ. Et quia dupliciter erat increpata. ſ. de ignorantia, & de diffidentia: ideo duo facit. Primo enim oſtendit ſponſa ſe non diffidere, ſed

D Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Confitetur paſſionem dicens, (dilectus meus eſt mihi faſciculus myrrhæ.) Myrrha ſecundum gloſſam, eſt arbor Arabiæ altitudinis cubitorum quinq;, cuius gutta eſt viridis & amara: vnde ſignificat paſſionem chriſti. Hęc autem paſſio, fuit (faſciculus myrrhæ.) Faſciculus dicit quid congregatum: & eſt nomen diminutiuũ. Sic chriſtus per paſſionẽ reputabatur diminutus. Iſa. 53. Non erat ei ſpecies neq; decor. Et ſequitur, Vñ nec reputauimus eũ. Rurſum in eo fuit congregatio myrrhæ. i. amaritudinis propter multas paſſiões & opprobria quæ ſuſtinuit. Et ad literam datum fuit ei in paſſione myrrhatum vinum. Et quia tantum bonum chriſtus contulit ſponſæ quòd voluit pro ea pati, & mori: ideo ſponſa hæc recognoſcens ſubdit, quòd talis dilectus ſuus inter vbera commorabitur, ideſt, inter intellectum & voluntatem: quia nihil vult ſapere quod ei diſpliceat, & nihil vult amare, quod ipſe abhorreat. Deinde cum dicit. Matth. 27.

Digitized by Google

Botrus Cypri, dilectus meus mihi.

Confitetur Reſurrectionem, dicens Botrus cypri, dilectus meus mihi.i.valde dulcis, & ſuauis, & iocundus. Cyprus.n.eſt quædam inſula, cuius botri ſiue vuæ faciunt optimum vinum. Et quia vinum lętificat cor hominis, ideo hic intelligitur reſurrectio: quia viſo domino poſt reſurrectionem, gauiſi ſunt diſcipuli, Ioan. 20. Deinde cum dicit.

In vineis Engaddi.

Confitetur ſpiritus ſancti miſſionē. Continuetur ſic, Tu dilectus meus non ſolum es botrus Cypri, lætificans animam per reſurrectionem: ſed etiā es mihi botrus in vineis Engaddi.i. es mihi botrus balſami: quia ſecundum gloſſam in Engaddi ſunt arbores balſami, creſcentes in modum vinearum: vnde ſignificat miſſionem ſpiritus ſancti, quia dona ſpūs ſancti ſuſcipimus per vnctionem chriſmatis, quod cōficitur ex balſamo, & oleo. Deinde cum dicit. B

Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

Ponitur ſponſæ commendatio. Et diuiditur in partes duas, quia primo chriſtus ſponſam commendat. Et quia totum bonum noſtrum à chriſto eſt, ſponſa hoc recognoſcens, ſecundo hanc commendationē ad chriſtum refert & ordinat. ibi (ecce tu pulcher es.) Continuetur ſic, Omnis pulchritudo tua ex eo eſt ꝙ acquieſcis motionibus meis: & dicit bis (ecce tu pulchra) vt oſtendat eam pulchrā & interius, & exterius, in opere, & intētione: ideo ſubdit (oculi tui columbarum.) Duo enim oculi mei ſunt opus, & intentio. Columba enim eſt animal fœcundum, & ſimplex. Tunc enim habemus oculos columbarum, quando opus noſtrum eſt fœcūdum ratione bonitatis, & intentio noſtra eſt ſimplex ratione rectitudinis. Deinde cum dicit. C

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Ordinat ſponſa pulchritudinem ſuam in chriſtum. Cōtinuetur ſic, Tu dilecte mi dixiſti mihi (Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es.) quia nihil habeō quod nō acceperim à te, ideo nolo gloriari quaſi non acceperim. Confiteor ꝙ omnis pulchritudo mea eſt à pulchritudine tua. Illa ergo duplex pulchritudo, quam dixiſti eſſe in me, peramplius & perfectius reſeruatur in te: propter qđ dilecte mi ecce tu pulcher es, & decorus. Deinde cum dicit.

Lectulus noſter floridus.

Oſtendit, ſponſa ſe eſſe correptam de eius ignorātia: & confitetur ſe habere deum præſentem, & non abſentem. Quæſierat enim ſponſa à chriſto vbi paſceretur, vbi cubaret: propter quod dupliciter ignorabat. Ideo duo facit: quia, primo confitetur ꝙ paſcitur in ſeipſa: ſecundo ꝙ cubat in ſe ipſa, ibi (Tigna domorum noſtrarum.) Continuetur ſic, Dilecte mi ego quaſi ignorans quærebam vbi paſceres, modo cognoſco ꝙ paſcis in me ipſa: nam tu paſcis inter flores: iuxta illud
In fine. 2. cap. quod habetur infra, qui paſcitur inter lilia. (quia lectulus nr̄ floridus eſt) ideo in meo lecto.i. in mea mente, ſiue in mea conſcientia paſceris. Deinde cum dicit.

Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cupreſſina.

Confitetur ꝙ cubat in ſeipſa. Nam requies chriſti eſt vbi ſunt dona & virtutes ſpūs ſancti. Continuetur ergo ſic, Non ſolum mi dilecte cōfiteor ꝙ tu paſceris in me, quia lectulus noſter floridus: ſed etiam cubas in me (quia tigna domorum noſtrarum).i. mentis, & conſcientiæ noſtræ ſiue potentiarū noſtrarum, ſunt (cedrina) propter virtutes ſpūs ſancti: & (laquearia cupreſſina) propter eius dona. Tigna enim domus, dicuntur ligna erecta in capite coniuncta: & ſignificant virtutes ſpūs ſancti, quæ ſunt in diuerſis potentiis: coniunguntur tamen

A in capite inquantum fluunt à diuina gratia, quæ eſt in eſſentia animæ in qua potentiæ radicantur. Huiuſmodi autem virtutes dicuntur cedrinæ propter incorruptibilitatem. Laquearia autem dicuntur ligna coniungentia ipſa tigna, vnde immediatius laquearia adhærent lateribus ex quibus tegitur domus, quàm faciant ipſa tigna, propter quod dicta ſunt laquearia: vnde ſignificant dona ſpūs ſancti quibus mouemur à ſpiritu ſancto. Nam ſecundum tales motus, virtutes in nobis ſtant magis firmæ. Huiuſmodi vero laquearia ſunt cupreſſina, propter odorem: quia ſpargunt odorem vſque ad ſpiritum ſanctum.

LECTIO. IIII.

EGo flos campi. CAP. II.

Poſtquàm deſcriptę ſunt turbatiões quas patiebatur eccleſia primitiua, vt differebat a moderna. Hic narrat turbationes quas patiebatur, vt conueniebat cum ea. Huiuſmodi autem turbationes ſunt duæ. ſ. adminiſtratio filiorum: & inſidiatio hęreticorum. Diuiditur autē pars iſta in duas partes: quia primo ponitur imitatio chriſti ſecundum ꝙ inuitat eccleſiam ad flores producendum ſiue procurandum, & ad hęreticos capiendum. Secundo ponitur famulatio ſponſæ, quæ prompta eſt ad chriſto obediendum, ibi (dilectus meus mihi.) Prima diuiditur in duas partes: quia in prima chriſtus inuitat eccleſiam, vt procuret filios: ſecundo vt capiat hæreticos, ibi (capite vobis vulpeculas.) Prima in duas: quia primo inuitat eccleſiam ad officium ſuſcipiendum: ſecūdo ad officium exequendum, ibi (vox dilecti mei.) Propter primum, notandum ꝙ primo chriſtus inuitat eccleſiam ad miniſtrandum filiis, & habendam curam de eis. Secundo, videns ſponſa ꝙ non eſt bonum repellere monitionem ſponſi, non renidet ſponſo innuēs ſe aſſentire monitionibus eius: ſed conuertit ſe ad filios, declarans quō intelligendum ſit ſuſceptum officium, ibi (ſicut malus.) Tertio chriſtus hmōi declarationem cōfirmat, ibi (adiuro vos.) Prima pars diuiditur in partes tres, ſecundum ꝙ tripliciter inuitat eccleſiam vt miniſtret filiis, & eorum curam habeat. Nam primo inuitat eccleſiam ratione exempli. Secūdo ratione præmii, ibi (vt liliū.) Tertio ratione meriti, ibi (ſicut lilium inter ſpinas.) Continuetur ſic. Tu amica mea turbaris per Gentiles:
D quia nigra es ſicut tabernacula Cedar: turbaris etiam per Iudæos, quia filii matris tuæ pugnauerunt contra te. Sed vltra hęc oportet te tribulatiōes ſuſtinere propter adminiſtrationem filiorum: ad quod debes induci exēplo meo, quia ego ſum flos campi. Non enim ſum flos anguli: ſed in campo exiſtēs, poſui animam meam pro ouibus meis. Ioan. 10. Sic & tu exemplo meo debes hoc facere. Deinde cum dicit.

Et lilium conuallium.

Oſtendit hoc idem ratione pręmii. Continuetur ſic: Non ſolum amica mea debes ponere animam tuā pro filiis tuis, habendo curam de eis, vt ſis flos campi ſicut ego; ſed debes etiam hoc facere, cōſiderando quia ego ſum lilium conuallium, ſiue decor & præmium humilium. ideo ſi te humiliaueris ad hoc faciendum: habebis à me mercedem & præmium. Deinde cum dicit.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

Oſtēdit hoc idem ratione meriti. Eſt enim modus

loquēdi

Digitized by Google

loquendi, ꝙ ſi aliquis vellet habere aliquem in amicũ, & diceret eo audiēte, Si aliquis vult eſſe amicus meus debet eſſe purus ſicut aurum. Ille autem ſi eſſet ſenſatus intelligeret ꝙ oportet eum eſſe talem ſi vellet eſſe amicus eius. Sic loquitur chriſtus eccleſiæ, cum ait (ſicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias.) Ideo tu ſponſa ſi vis eſſe amica mea oportet ꝙ tu eaponas te ſpinis.i.tribulationibus, propter filios tuos: & pungeris, ſiue affligaris propter huiuſmodi ſpinas, quia ꝑ hoc mereberis. In quo inuitat eam ad ſuſcipiendũ officium ratione meriti. Deinde cum dicit.

Sicut malus inter ligna ſyluarum: ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Declarat eccleſia filiis ſuis, qualiter ſe debeant habere in ſuſcepto officio. Vult enim oſtēdere quòd prius debet intendere ſibi, poſtea aliis. Et hoc oſtendit (B) duplici ratione. Primo ex differentia vitæ actiuæ ad contēplationem. Secundo ex ordine charitatis. Prima ratio talis eſt, Vita contēplatiua melior eſt quàm vita acti- (Luc. 10.) ua, iuxta illud domini qui dixit Mariam elegiſſe optimam partem, quia elegerat vitam contemplatiuã. Sed ad maius bonum prius eſt intendendũ. Cum ergo prælatus per vitam contemplatiuam, magis intendat ſibi, per vitam vero actiuam magis videatur intēdere ſubditis, prius debet intendere ſibi quàm ſuis ſubditis. Secunda ratio ſumitur ex ordine charitatis. Nam charitas ordinate fertur in bonum. Et quia quodlibet bonum magis reſeruatur vbi eſt totum, quàm vbi eſt ſecundum partem, ideo bonum noſtrum magis reſeruatur in deo vbi eſt totum, quàm vbi eſt ſecundum partem. Item quęlibet res magis reſeruatur in ſe, quàm in (C) ſuo ſimili: ideo magis debemus diligere deũ quàm nos ipſos, & nos quàm proximum: ergo prælatus ea ordine charitatis prius debet diligere, & intendere bonum ſibi, quàm ſubditis. In ponendo autem iſtas rationes ſic procedit: quia proponit media ſiue virtutes rationũ. Secundo ex ipſis mediis arguit, ibi (fulcite me floribus.) Prima pars diuiditur in duas, ſecundum ꝙ duo media proponit. Nam primo ponit mediũ ex dulcedine contemplationis. Secundo ex ordine charitatis, ibi (introduxit me rex.) Eſt ergo medium primum, ꝙ ſponſus eſt ſumme bonus, & ꝙ ipſa ſedit ſub vmbra illius.ſ. ſponſi ſui: & guſtauit de fructu eius, in quo ſenſit magnam dulcedinem: ideo ait, ꝙ (ſicut malus inter ligna ſyluarum) id eſt ſylueſtria: non ꝙ ipſe ſit ſylueſtris, ſed comparatione: ſicut omnia ſunt arida, & ipſe ſolus viridis: ſic omnia ligna ſunt ſylueſtria, & ipſe ſolus domeſticus, & ſumme bonus, & ſumme delectabilis, & deſiderabilis: (ſic dilectus meus inter filios).i. inter (D) alios iuſtos eſt ſumme deſiderabilis, quia cũcti sācti ſunt quaſi alieni a deo in comparatione ad chriſtum: quia non ſunt filii naturales, vt ipſe. Et quia talis eſt ſpōſus ſuus, ideo ſubdit, ꝙ (ſub vmbra illius) id eſt, ſponſi mei, quam vmbram deſiderabam, ſedi: (& fructus eius dulcis gutturi meo.) Tunc enim ſedemus ſub vmbra chriſti, quando ardor libidinis nos non vrit. Et tunc fructus eius eſt dulcis gutturi noſtro, quando relinquētes terrena, delectamur diuinæ gratiæ. Deinde cum dicit.

Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Ponit ſecundum medium ex ordine charitatis, dicens. (rex) id eſt chriſtus (introduxit me in cellam vinariam) id eſt, in vbertatem ſpiritualis lætitiæ, quæ deſignatur per vinum: (& ordinauit in me charitatem) id eſt cōtulit mihi charitatem ordinatam. Deinde cum dicit.

Fulcite me floribus, ſtipate me malis: (A) quia amore langueo.

Arguit ex mediis ſupradictis ꝙ prius debet prælatus intendere ſibi, quàm aliis. Et duo facit, ſecundũ quòd duo fuerunt media aſſignata. Primo ergo arguit ex primo medio. Secundo ex ſecundo, ibi (leua eius.) Continuetur ſic, Dictum fuit quòd dulcedo dilecti mei eſt valde ſuauis, & ideo primo quærēda: propter quòd ò filiæ Hieruſalem ante quàm ego intendã vobis, (Fulcite me floribus, ſtipate me malis) id eſt permittite me eſſe fulcitam floribus, non impediendo delectationem meam, quã habeo de chriſto, qui eſt flos. Et permittatis me eſſe ſtipatam malis, non impediendo dulcedinem meam, quam habeo de dilecto meo, qui eſt malus. Et ſubdit cauſam (quia amore lāgueo.) Notandum autem quòd ſuperius chriſtus nominatus eſt in ſingulari, flos & malus: hic autem in plurali nominat ipſum dicens, (fulcite me floribus, ſtipate me malis;) quia bonitas, & dulcedo in chriſto eſt vni- (B) ca. Cum autem deriuatur ad nos, multiplicatur, & diuerſificatur ſecundum diuerſa dona gratiarum. Item notādum quod aliquis dicitur facere ex eo, quod permittit illud, vel non impedit fieri. Et in iſto modo loquitur eccleſia filiis ſuis quòd ornent eam floribus, & ſtipent eam malis, id eſt ſtipitibus malorum eam circũdent: quia petit ab eis quod eam ſic ſtiparam, & fulcitam permittant, non impediendo ipſam: cum ea ſuauitate odoris, ſiue ex dulcedine contemplationis, debeat prius intendere ſibi, quàm aliis filiis. Deinde cum dicit.

Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Arguit hoc idem ex ſecundo medio: & continuetur ſic, Sicut ea dulcedine contemplationis, ſic ea ordi- (C) ne charitatis, prius debeo mihi intendere per vitam contemplatiuam, quàm vobis per vitam actiuam: (ergo leua eius) id eſt ſiniſtra chriſti, quæ denotat vitam actiuam, erit (ſub capite meo) id eſt ſecundario intenta: (& dextera illius) id eſt vita contemplatiua, per quam intendo mihi (amplexabitur me) id eſt erit ſuper caput meum: quia erit ad quod primo intendam. Quia primo intendam mihi, & poſtea vobis. Deinde cum dicit.

Adiuro vos filiæ Hieruſalē per capreas, ceruoſq; camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Ponitur confirmatio prædictæ declarationis. Sic.n. declarauerat ſponſa ſuſceptum officium, quia volebat prius intendere ſibi & habere dexteram chriſti ſu- (D) per ſe, & poſtea volebat intendere filiis, & habere ſiniſtram ſub capite, & nolebat quòd filii ſui impedirent eam a dulcedine contemplationis. Ideo chriſtus volens hoc confirmare ait, (O filię Hieruſalem,) quibus ſponſa mea præeſt, (adiuro) id eſt obſecro, & rogo. Nam licet poſſim præcipere, volo rogare (vos per capreas, ceruoſq; camporum) id eſt, propter prælatos, ſiue propter eccleſiæ doctores, qui ſunt capreæ, quæ debent ſubtiliter videre quid expediat ſubditis: & ſunt cerui camporum, qui debent ſolicite currere ad ſubditorum defectum. Propter huiuſmodi prælatos, propter ſponſam meam, (rogo vos, ne ſuſcitetis, nec euigilare faciatis) ipſam (dilectam) a ſomno contemplationis (donec ipſa velit) quia prius debet intendere pro ſe, & pro dulcedine diuina, & poſtea actionibus veſtris.

LECTIO. V.

VOX dilecti mei, ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibus, tranſiliẽs colles.

Poſtquam ſponſus inuitauit eccleſiam ad officium ſuſcipiendum, vt ſuſciperet eu rani filiorum: in parte iſta inuitat ipſam ad tale officium exequendum. Et circa hoc duo facit: quia primo chriſtus ad tale officium exequendum eccleſiam inuitat. Secundo huiuſmodi officium declarat, ibi (ſurge amica mea, ſpecioſa.) Prima diuiditur in tres partes, B ſecundum quod chriſtus tripliciter inuitat eccleſiam ad dictum officium exequendum: quia primo inuitat eam ex parte ſua. Secũdo ex parte auditorum, ibi (en dilectus meus.) Tertio ex parte auxiliorum, ibi (Vox turturis.) Circa primum, notandum, quod prçlatus in exequendo officium ſibi commiſſum (quantũ ad præſens) tria debet facere. Nam primo, ad ſupplendum ſubditorum defectum, debet velociter currere. Secundo, ad talem defectum cognoſcendum, debet perſpicaciter & ardenter intendere. Tertio, debet ſuos ſubditos diligenter inſtruere. Et quia hæc omnia facit chriſtus, ideo prælatus ex parte ipſius chriſti, & exẽplo ipſius motus, debet circa ſubditos ſuos ſic ſe habere. Poſſet ergo ſic formari ratio, Omnis chriſti actio eſt prælatorum inſtructio: & licet ſit inſtructio omnium chriſtianorum, eſt tamen potiſſime inſtructio prçlatorum. Sed chriſtus ad ſubueniendum filiis velociter currit, C eorum defectum perſpicaciter & ardenter perſpexit, & eos fideliter inſtruxit: ergo & tu Eccleſia, tu ſponſa mea, tu prçlate, qui per ſponſam & eccleſiam deſignatis, debes hoc facere. De hac autem ratione non ponitur niſi mediũ. Ideo diuiditur pars iſta in partes tres, ſecundum quòd mediũ trahit. Nam primo oſtenditur, quòd chriſtus ad ſubueniendum nobis velocitee currit. Secũdo, quòd defectus noſtros perſpicaciter & ardenter perſpexit, ibi (Similis eſt dilectus meus.) Tertio quòd nos fideliter & vtiliter iſtruxit, ibi (En ipſe ſtat.) Dicit ergo primo (Vox dilecti mei) ſupple, auditur in me. Ipſa.n. audiebat in ſeipſa vocem dilecti ſui: iuxta illud, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et quia locutio interior quædam viſio dici poteſt (vt dicit Augu. 15. de Trinitate) ideo ſi ſponſa audiebat in ſeipſa dilectum ſuum, aliquo modo videbat ipſum: & videns ipſum, admirata de velocitate eius, & de ſolicitudine ipſius, dicebat (Ecce venit ſaliens in montibus tranſiliẽs colles) ideſt angelos, patriarchas, reges, prophetas: de quorum ſemine deſcendit chriſtus. In quo D notatur magna & ſolicita velocitas chriſti ad ſubueniendum nobis. Qui tranſiens angelos, venit in mundum, deſcendens ex ſemine patriarcharum, regum, & prophetarũ, vt noſtro defectui ſubueniret. Quare aũt angeli montes, patriarchæ & reges, colles dici poſſint, de facili patet, ſi cõſiderentur altitudines angelorum, patriarcharum, & regum. Deinde cum dicit.

Pſal. 84.

Cap. 11.

Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloq́ ceruorum.

Oſtenditur quomodo chriſtus defectus noſtros ardẽter & perſpicaciter intuetur. Et continuetur ſic, Nõ ſolum audiui dilectum meum loquentem in me, & audiendo ipſum: & vidi quod tranſiliuit angelos, patriarchas, & reges, & venit ad nos: ſed etiam vidi, quod (dilectus meus ſimilis eſt caprçç) defectus noſtros ſubtiliter videndo: quia ſecundum gloſſam caprea ſubtiliter vi- A det. Rurſum (ſimilis eſt hinnulo ceruorum,) defectus noſtros ſubtiliter conſiderando. Hinnulus enim ſecundum gloſſam agiliter currit. vnde poteſt deſignari excellentia amoris chriſti. Nam per amorẽ ferimur quocunq́ ferimur, iuxta illud Auguſtini. 11. Cõfeſſionum, Pondus meum, amor meus: eo feror, quocunq́ feror. Et ſi multus ſit amor, per ipſum agilitee & velociter ferimue. Deinde eum dicit.

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi, Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.

Oſtenditur quòd Chriſtus nos fideliter & vtiliter inſtruxit. vnde adhue verba iſta ſunt verba ſponſç videntis quod chriſtus (ſtat poſt parietem noſtrũ) ideſt poſt B carnem noſtram, paratus ad nos docẽdum fideliter & vtiliter. Et ſtans poſt (parietem noſtrum, & reſpiciens per feneſtras) ideſt, per dicta prophetarum, exponẽdo nobis illa: ſunt enim dicta prophetarum magis ænigmatica, quàm ea quæ ſcribuntue in lege: ideo talia dicta deſignantur (pee cancellos.) Dicta vero legalia, quæ ſunt magis aperta, deſignantur (per feneſtras): & tunc eſt ſupplenda ratio. Quia tu ſponſa videns me dilectum ſic feciſſe & habuiſſe diligentem curam filiorũ: mei exemplo mota debes diligenter exequi officium tibi commiſſum ex parte auditorũ. Et circa hoc duo facit. Quia primo ponitur blanda chriſti intentio. Secundo ſubiungitur etiam viſitationis ratio, ibi (Iam enim hyems abiit.) Dicit .n. ſponſa (En dilectus meus loquitue mihi,) & ait (Surge propera amica mea) propter charitatem: (columba mea) propter ſimplicitatem: (formoſa mea) peopter imaginis diuinæ dignitatem: (propera) ſcilicet (& veni) exeqaendo offi- C cium tibi commiſſum, habendo curam filiorum tuorum. Deinde cum dicit.

Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit.

Ponit rationem ad hoc ex parte auditorum, & intẽdit talem rationem, Quando materia eſt diſpoſita tũc eſt operandum, & tunc eſt inducẽda in eam forma debita; ſed auditores & filii tui ſunt nunc diſpoſiti ad audiendum motionibus tuis: ergo debes ſurgere, & properare, & exequi officium tibi commiſſum circa eos. De iſta ratione ponit ſolum medium, oſtendens auditores eſſe diſpoſitos. Et duo facit, ſecundum quòd diſpoſitio dupliciter poteſt accipi & attendi. Nam primo oſtendit auditores eſſe diſpoſitos ex cõtrariorum admotione. Secũdo ex propoſitorum inductione, ibi (Flores apparuerunt.) Continuetur ſic, Bene dico ꝙ D debes ſurgere & miniſtrare filiis tuis: quia (hyems iam tranſiit) ideſt congelatio infidelitatis, quç intelligitue per hyemem ſecundũ gloſſam, receſſit à filiis tuis. propter quod filii tui habent diſpoſitum affectum ad obediendum. (Imber abiit & receſſit) ideſt, malitia intemperãtiæ & voluptuoſitatis abiit & receſſit: propter qđ filii tui habent diſpoſitum affectum ad obediendũ doctrinæ tuæ. Per imbrem enim qui eſt humidus intelligitur voluptuoſitas: quia ſicut humidum vndiq́ currit, & non bene terminatur in termino proprio: ſic voluptuoſi ſecundum quálibet paſſionem currunt, & nõ bene terminãtur iudicio rationis: quod debet eſſe eorum frçnum, & terminus. Deinde cum dicit.

Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit.

Oſtendit auditores eſſe diſpoſitos ex parte cõditionum propoſitarum. Et continuetur ſic, Bene dico ꝙ tu debes ſurgere: quia auditores & filii tui non ſolum ſunt diſpoſiti, quia parati ſunt ad dimittendum, vel

etiam

etiam dimiſerunt conditiones contrarias: ſed etiā videmus iam appatere in eis conditiones conuenientes & congruas. vide (flores) ideſt, initia bonorum operum, vt eaponit gloſſa, (apparuerunt in terra noſtra) ideſt, in filiis noſtris: quos quaſi terram debemus arare, & colere. (tempus putationis aduenit:) quia ſunt in prompta diſpoſitione ad gaudium, vel ad germinandum. Notandum ꝙ nos dominus filios ſuos appellat terram ſuam: quia quod vni ex minimis fit, ſibi reputat fore factū. In quo eius magna benignitas deſignatur. Deinde cum dicit.

Matth. 28.

Vox turturis audita eſt in terra noſtra.

Adducit rationem ea parte multorum auxiliorū. Intendit autem talem rationem, Tūc homo debet ſurgere ad operandum, quādo videt ſibi adeſſe multa auxilia, per quę poteſt conſequi quod intēdit: et quia tu ſponſa mea habes multa auxilia te auxiliantia ad miniſtrandum filiis tuis: ideo debes ſurgere & miniſtrare eis exequēdo officium tibi commiſſum. De iſta autem ratione ponit ſolum virtutem medii, notans auxilia quæ habet eccleſia. Et circa hoc tria facit, ſecūdum ꝙ talia auxilia tria ſunt, videlicet, auxilium diuinum, & humanum. Humanum autem duplex. ſ. Gentilium, & Iudæorum, quia aliqui ex Iudæis conuerſi erant & ad adiuuandū eccleſiā parati erāt. & aliq̄ cōuerſi erāt de Gētilibus ad hoc idē parati. Primo ergo narrat auxilium diuinum, cum dicit (Vox turturis) ideſt, vox ſpiritus ſancti vt gloſſa exponit (audita eſt in terra noſtra.) Nam ipſe ſpūs ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, vt dicitur ad Rom. 8. Et quia tātum auxilium habes, ideo non debes pigritare ad ſurgendum. Secundo cum dicit.

Ficus protulit groſſos ſuos.

Oſtendit hoc idem ex parte auxilii Iudæorum. Et continuetur ſic, Bene dico ꝙ tu debes ſurgere: quia ficus hoc eſt ſynagoga, quę conſueuit eſſe ficus propter dulcedinē diuini cultus, (protulit groſſos ſuos) ideſt, protulit ficus ſuas: quæ licet nō ſint maturæ omnino, ſed ſint groſſe: tamen prompti ſunt & parati ad te auxiliandum. Poteſt etiam hoc legi aliter, ſed tūc mutatur, exponēdo proferre, pro proiicere, & abiicere, ſic, Synagoga (protulit) ideſt, proiecit (groſſos ſuos) ideſt, immaturitatem ficuum ſuarū: quia iam habet aliquas ficus maturas promptas ad terminandum. Poteſt enim dici groſſus & groſſi fructus: quia parent in ficu añ maturitatem. Deinde cum dicit.

Vineæ florentes dederūt odorem ſuum.

Oſtendit tertio hoc idem ea parte gentilium. Nam eccleſia debet ſurgere & exequi officium ſibi commiſſum: quia (Vineæ florentes dederunt odorem ſuū.) & quia iam aliqui ex eis parati ſunt ad te iuuādū. Nulla igitur tibi remanet excuſatio quare tu nō debeas ſurgere & hēre diligentē curam filiorū. Deinde cū dicit.

Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

Declarat chriſtus eccleſiæ huiuſmodi officium exequendum. Et duo facit. Quia primo oſtendit, ad quid eccleſia debeat exequi officium ſibi commiſſum, & ad quid debeat inducere filios ſuos. Secūdo oſtendit, quō filios ſuos ad illud introducere debeat, ibi (Oſtende mihi faciem.) Dicit ergo (tu amica mea) propter charitatem (ſpecioſa mea) propter cordis ſimplicitatem (ſurge, & veni in foraminibus petræ) ideſt, in vulneribus Chriſti: quia ſecundum Apoſto. 1. ad Corinth. 10. Petra autem erat chriſtus. Tūc enim venimus in foraminibus petræ, quando auditores inducimus ad conſiderationem paſſionis chriſti. Debet etiam eccleſia venire (in cauerna maceriæ:) quia debet filios ſuos inducere ad veritatem fidei. Nam ſecundum gloſſam, maceria, eſt congeries lapidum cōpoſitorum in muro ſine * cęmento. Sic fides noſtra articulos & ſententias continet ſine * cæmento rationis. Et ideo cām colligare non poteſt. Attamen oēs articuli colliguntur in vnū: quia vel pertinent ad diuinitatem, vel ad humanitatē chriſti: & diuinitas & humanitas plenè fuerunt in vna hypoſtaſi chriſti. iō ſingulariter dicit (in cauerna maceriæ.) Nam cauerna ſignificat locum imum & cauum: quia humiliter debemus ſuſcipere veritatem fidei, & captiuare intellectum noſtrum in obſequiū chriſti. Propter quod apparet ad quid debeat eccleſia ſuſcipere curam filiorum, quia ad duo. Primo, vt īducat eos ad meditandam paſſionem chriſti, de qua dicit Chryſ. in quodam ſermone de paſſione chriſti, ꝙ crux chriſti eſt philoſophia chriſtianorum: vt ſic recolendo acerbitatem paſſionis chriſti, non vadat poſt laſciuias ſuas: in quo notatur bonitatis affectus. Secūdo debet eos inducere ad veritatem fidei, ne vadāt poſt errores ſuos: in quo notatur bonitatis intellectus. Deinde cū dicit.

A

* calce
* calce

Crux chriſti ē philoſophia chriſtianorū.

B

Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Oſtendit, quomodo eccleſia ſiue prælatus poſſit inducere filios ſuos ad ea quæ dicta ſunt. Ad cuius euidētiam notandum ꝙ prælatus dupliciter debet inducere ſubditos ſuos ad bonum, exemplo, ſcilicet, & verbo: iuxta illud Act. 1. Cœpit Ieſus facere & poſtea docere. Et inquātum prælatus dat bonum exemplum ſubditis ſuis, inducit eos ad bonum & ad bonitatis affectū ſiue ad foramina petræ: quia inducit eos vt cōſiderent paſſionem chriſti, & non vadant poſt affectiones malas. Sic faciebat Apoſt. 1. ad Corinth. 11. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego chriſti. Inquantum vero prędicat eis, inducit eos ad veritatem fidei, ſiue ad cauernā maceriæ: quia oſtendit eis quid ſit credendum, & quid non credendum. Nam etſi verbo inducitur quis ad bonos mores, hoc eſt inquantum prædicatio præſupponit bonā vitam prædicantis: quia vt dicit Gregorius, Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Vnde apparet ꝙ ea quæ dicuntur conſonant eis quæ prius dixerat. Dicit dominus ipſi Eccleſiæ vel prælato (Oſtende mihi faciem tuam) ideſt, oſtende filiis meis, quos tibi commiſi, faciem tuam. i. bonum exemplum de te bñ viuendo. Dicitur aūt ipſum bonū exemplum Facies: quia ſicut facies eſt in aperto, ita bona opera prælatorum debent eſſe in aperto, vt inducant filios ſuos ad bonum: iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et addit (Sonet vox tua in auribus meis) ideſt, filii mei tibi cōmiſſi audiant vocem prędicationis tuæ. Quod enim eccleſia facit filiis ſuis ſibi commiſſis, chriſtus reputat ſibi factum. Addit autem cauſam eius quod dixerat, dicens (Vox enim tua dulcis,) quando proponis filiis meis verbum: (& facies tua decora,) quando tribuis eis bonum exemplum. Deinde cum dicit.

C

D

Capite nobis vulpes paruulas quæ demolliuntur vineas. Nam vinea noſtra floruit.

Inuitat Chriſtus eccleſiam ad hæreticos extirpādos: & quatuor tangit. Nam primo dicit hæreticos capiendos, cum ait (Capite nobis vulpes) propter fraudulentiam, quia latentes inſidiantur doctrinæ ſanæ. Secundo aſſignat tempus captionis, cum ait (paruulas:) quia quando hæretici incipiunt pullulare & ſunt paruuli, tunc ſunt capiendi. i. ſunt conuincendi per doctrinam ſanam: quia poſtquàm cōfirmati ſunt in errore ſuo, non ita de facili conuertuntur. Vel ſunt capiendi ad literam: quia ſunt tollendi de medio, ne eccleſiam deſtruant. Et ideo tertiò ſubdit captionis rationem, cum ait (quę demoliuntur vineas.)

Digitized by Google

Nam capiendi ſunt propter damna quæ inferunt: qa eccleſiam deſtruūt. Quarto addit commoditate damnificandi, cum ſubdit (Nam vinea noſtra floruit.) Eſt enim hæc cauſa, quare hæretici habent commoditatē ad damnificandum: quia vinea, ideſt, eccleſia eſt in flore: qd potiſſime verificabatur in eccleſia primitiua, de qua ſapiēs loquitur. Pōt ēt verificari adhuc quātū ad eos qui non ſunt in fide ſolidati. Deinde cum dicit.

Dilectus meus mihi, & ego illi.

Poſtquàm poſita eſt multiplex chriſti imitatio: hic (vt dicebatur) ponitur eccliæ famulatio. Et diuiditur pars iſta in tres partes. Quia primo ponitur eccleſię famulatio. Secundo ſubditur famulationis ratio, ibi (Qui paſcitur inter lilia.) Tertio, ne eccleſia in tali famulatu poſſit deficere, imploratur ab ea chriſti ſubuētio, ibi (Reuertere, ſilis eſto.) Cōtinuetur ſic. (Dilectus meus mihi) ſupple, loqtur, vt meis filiis adminiſtrem & vt hæreticos capiā, (& ego illi) ſupple, ſum parata obedire: ī quo notatur eius famulatio. Deīde cū dicit.

B

Qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Aſſignat rationem ſuæ famulationis. Eſt enim chriſto obediendum: quia obedientes ei ſunt lilia habētes candorem munditiæ. Continuetur autem ſic, iō ſponſo meo obedire volo, quia ipſe eſt, (qui paſcitur inter lilia) ideſt, inter mundas mentes ſibi famulantes: propter quod, ut munda ſim, ſemp illi obedire uolo (donec inclinentur vmbræ) ideſt, donec ceſſet ænigmatica cognitio, quę eſt in hac vita: (& aſpiret) ideſt, illuceſcat (dies) ſcilicet æternitatis: in quo deſignat ꝙ qui ſemp deſiderat mundus eſſe, ſemper debet chriſto obedire. Nam (ſupple) ſi ſemp paſcitur inter lilia, & diligit mūdas mentes, quamdiu durat præſens vita: multomagis hoc vult in futura vita: ita ꝙ ly (donec) ibi teneatur incluſiue, non excluſiue. Deinde cum dicit.

C

Reuertere: ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hinnuloꝗ; ceruorum ſuper montes † Bethel.

* Bether

Implorat eccleſia chriſti auxilium & ſubuētione, ut ei poſſit aſſiduè famulari. Et cōtinuetur ſic, Tu dilecte mi (qui habitas ſuper montes Bethel) ideſt, ſuper angelos. Bethel enim interpretatur domus dei: vel habitaculum dei. vnde montes Bethel ſignificant eos qui in domo dei tenent altum gradum. Tu autem dilecte mi, qui es ſuper eos, (reuertere) ideſt, ſi per aliquam negligentiam contingat me ad te diuerti: tu tamen reuertere ad me, me adiuuādo, vt ad te redeam, & tecum maneam. (Et ſimilis eſto capreæ) quæ habet acutum viſum, noſtros defectus miſericorditer aſpiciendo. Et etiam (eſto ſimilis hinnulo ceruorum,) qui mouetur agiliter. ita tu meis defectibus, ne ultra procedant, ſuccurre velociter.

LECTIO: VI.

D

CAP. III.



IN lectulo meo per noctem quęſiui quem diligit anima mea. Quæſiui illum, & non inueni.

Sicut dictum eſt ſupra, eccleſia reſpectu filiorum dupliciter turbatur. Primo quantum ad exteriores turbationes. Secundo quantum ad interiores diſtractiones. Finita parte illa ubi egit de exterioribus tribulationibus: nunc determinat de interioribus diſtractionibus. Et diuiditur pars iſta in tres partes.) Primo ponitur huiuſmodi diſtractio. Secundo ſubiungitur Chriſti compaſſio, ibi (Adiuro vos.) Tertio imponitur finis iſti Tractatui, in quo determinatur de primitiua eccleſia: vñ ſubinfertur dictæ eccleſiæ cōmendatio, ibi (Quę eſt iſta.) Diſtractio aūt eccleſiæ ſiue Pręlati ſic eſſe habet: quia ipſę exteriores ſolicitudines quibus curā filiorum gerit, ita eū occupant, ꝙ qñ vult redire ad cōſcientiam, multotiens inuenit ſe deficere ab illa dulcedine quā prius hēbat: vñ quęrit ī lectulo ſuo chriſtū, & non inuenit. Et qñcunqꝫ hoc ei contingit, debet ſurgere, & eum quærere per vicos & plateas ciuitatis. i. per omnia deſideria & opera quę fecit, & quę cōcupiuit, utrum aliquid concupierit vel egerit qd chriſto diſplicuerit, propter qd ſentiat ſe diſtractum in cōſcientia. Et cum hoc agit, vigiles ciuitatis. i. vanę cogi- B tationes inueniunt ipſum: quas debet pertranſire, quia in talibus cogitatiōibus non inuenitur chriſtus. Et talibus pertranſitis, ipſe inuenit chriſtum. Et hęc quia ſe habent per ordinem, ideo pars iſta diuiditur in partes quatuor. Quia primo ponitur ad cōſcientiā reuerſio. Secundo ponitur chriſti inquiſitio, ibi (ſurgam & circuibo.) Tertio variarum cogitationum currentiū occupatio, ibi (inuenerūt me vigiles.) Quarto chriſti inuentio, ibi (paulolum cum pertranſirem eas). Continuetur ſic, Ego prælatus vel eccleſia poſt adminiſtrationem & vitam actiuam volens redire ad dulcedinem contemplationis, (in lectulo meo) ideſt, in conſcientia mea (quæſiui per noctem) ideſt, tempore congruo, videlicet, tempore ſilentii, cuiuſmodi eſt tēpus noctis, (quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illū, & non inueni,) quia inueni me diſtractum & perturbatū in conſcientia mea propter exteriores occupationes. In quo habetur ad conſcientiam reuerſio: * quomodo prælatus poſt actionem redit ad conſcientiam, ut ibi chriſtum inueniat. Deinde cum dicit. * quia

C

Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.

Ponitur ſponſæ inquiſitio ad inueniendū. Et continuetur ſic. Rediens ad conſcientiā meam quęſiui chriſtum, & non inueni: vnde vt eum inueniā, adhuc quęſitam, (Surgam, & circuibo ciuitatē) ideſt, per attentā conſiderationem perquiram conſcientiam meam: (& per vicos, & plateas) .i. per omnia dicta deſiderata & facta quæ egi, dixi, & concupiui, vtrum aliquid egerim quod diſplicuerit ſibi: & ſic faciendo, (quæram quē diligit anima mea) .i. chriſtum. Nam ſi quis poſt actionē non poteſt redire ad dulcedinem cōtemplationis, debet cogitare ꝙ forte in aliquo deliquit, propter quod ſolitam dulcedinem non ſentit. Et ideo debet ciuitatē ideſt, conſcientiam totaliter ſcrutari. Notandum autē conſcientiam eſſe lectulum in quo chriſtus requieſcit: D quia ſtratum coangustatum eſt, quia non poteſt iacere niſi vnus. ſ. Chriſtus, vel Diabolus. Iſa. 28. Coanguſtatū eſt ſtratum, vt aliter decidat, & pallium breue vtrunqꝫ operire non poteſt. Sed ſi conſideremus conſcientiam & cor noſtrum quantum ad genera peccatorum quæ ibi eſſe poſſunt, ſic eſt ciuitas diſtincta per vicos & plateas, ideſt, per delicta maiora & per minora. Deinde cum dicit.

Quæſiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, Num quem diligit anima mea vidiſtis?

Ponitur

Ponitur vanarum cogitationum occupatio. Continuetur ſic, Ad conſcientiam meam redit, chriſtum per plateas & vicos quæſiui (quæſiui illum, & non inueni.) & eſt cauſa quare non inueni, quia (vigiles ciuitatis) ideſt, vanæ cogitationes (quæ cuſtodiunt ciuitatem, inuenerunt me,) ideo eis occupata, chriſtum non inueni: quia vix poſſumus dicere vnum Pater noſter, quin vanæ cogitationes nos non inueniant. quare tales cogitationes dicuntur vigiles ciuitatis, quia ſemper ſunt paratæ ad capiendum & occupandum nos. Sed quando tales vigiles ſeu cogitationes occupant nos, debemus eas derelinquere: quia in talibus cogitationibus non inuenitur chriſtus. Ideo ironice talibus vigilibus dicitur (nunquid vidiſtis) chriſtum, (quem diligit anima mea?) Deinde cum dicit.

Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea.

Ponitur primo chriſti inuentio. Secũdo eius apprehenſio, ibi (Tenui eum.) Cõtinuetur ſic, Ita inuenerũt me vanæ cogitationes, ſeu vigiles ciuitatis. Sed cũ pertranſiſſem eas, ſcilicet, derelinquendo, (inueni) chriſtum, (quem diligit anima mea.) Sciat enim quilibet, quòd ſi ad conſcientiam ſuam redit, & eam diligenter inquirit, & vanas cogitationes dimittit, quòd his peractis, chriſtum inuenit. Deinde cum dicit.

Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Ponitur chriſti apprehenſio. Et oſtendit primo ſe apprehendiſſe fortiter, cum dicit (tenui eum.) quaſi dicat non qualitercũque recepi ipſum, ſed fortiter apprehendi ipſum, tenendo illum. Secundo oſtendit quòd eum apprehendit perſeueranter, cum ſubdit (nec dimittã,) quaſi dicat inceſſanter tenebo ipſum. Tertio innuit quòd apprehẽdit eum utiliter, cum ſubinfert (donec introducam illum in domum matris meę,) quantum ad maiores: (& in cubiculum genitricis meæ,) quantum ad minores. Sic debet facere eccleſia quaſi bona mater, quòd poſtquàm inuenit chriſtum, debet eum tenere, & non dimittere, donec introducat eum in corda filiorũ maiorum, qui ſunt domus matris ſuæ. i. domus gratiæ: quia gratia eſt mater omnium, cum ab ea habeamus eſſe ſpirituale. Dicuntur. n. maiores filii eccleſiæ, domus gratiæ: quia plus habent de gratia. Sic etiam debet eccleſia introducere chriſtum in corda filiorum minorum, qui dicuntur cubiculum genitricis. i. cubiculũ gratiæ: quia minus habent de gratia. Cubiculum enim eſt domuncula parua. Notandum autem quòd eccleſia non intẽdit chriſtũ introducere in maiores & in minores, quaſi chriſtum non habeat, quia ſic non eſſent domus & habitaculum gratiæ: ſed ut ipſa in contemplatione gaudeat de donis gratiæ maiorum atque minorum. Poteſt etiam intelligi ut per talem introductionẽ aliqui ſiſe domus gratiæ, & ſic maiores: & aliqui habitaculum, & ſic minores. Deinde cum dicit.

Adiuro vos filiæ Hieruſalẽ per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Ponitur chriſti compaſſio. Nam uidens chriſtus eccleſiam ſiue pręlatum per exteriores occupatiões aliquando diſtrahi in conſcientia, ei cõpatiens ait, (Adiuro uos) ideſt, obſecro (filię hieruſalem,) quarum curam habeat pręlatus,) per capreas, ceruoſque camporũ) ideſt, per ipſos pręlatos, vt ſupra poſitum eſt, (ne ſuſcitetis) à ſomno cõtẽplationis, (nec euigilare faciatis) à quiete dulcedinis (dilectam) eccleſiam, (donec ipſa velit.) Notandum aũt: bis adiuraſſe filias hieruſalẽ, ne euigilare faciant à ſomno contẽplationis eccleſiã matrem eorũ: quia dupl'r pñt errare ſubditi circa curam pręlati. Primo ſi crederẽt quòd pręlati primo debe-

A rent intendere eis, quàm ſibi: propter hoc dictũ fuit primũ (adiuro). Secũdo ſi crederẽt quòd poſtquàm pręlatus incepit intendere eis, quòd non deberet redire ad contemplationem, intendendo ſibi: & propter hoc chriſtus ſecundo filias hieruſalem adiurat, ut permittant matrem ſuam in contemplatione perſiſtere. Deinde cum dicit.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris: & vniuerſi pulueris pigmentarii?

Volens ĩponere finẽ huic Tractatui, in quo deſcribitur ſtatus primitiuæ eccleſiæ, & quia laus eſt potiſſime in fine canenda: ideo imponit finẽ tractatui in cõmendatione eccleſię primitiuę quintupl'r. Primo ab aſcenſu, eſt enim laudabile aſcendere. & quantũ ad hoc, admirans, ait (Quę eſt iſta quæ aſcendit.) Secundo commendat à loco aſcenſus, cũ ſubdit (per deſertum.) Nã ſi laudabile eſt aſcendere qualitercũque, laudabilius tñ aſcendere per deſertum, vbi ſunt ſpinæ, & impeditiuæ: B quia ſummę laudis eſt, bene conuerſari in medio nationis prauę & peruerſæ. Tertio cõmendat eam à modo aſcendendi, cum ait (ſicut virgula fumi.) Virgula. n. fumi eſt eccleſia agilis ad aſcenſum, licet ſit nigra & obſcura. Sic eccl'ia primitiua obſcura erat exterius: erat tamen agilis & erecta interius. Quarto cõmendat eam à carnis mortificatione, cum ait (ex aromatibus myrrhæ.) Myrrha enim amara eſt, & ſignificat mortificationem carnis, vt dicit gloſſa. Fumus ergo, cui aſſimilatur eccleſia, ſurgit ex aromatibus myrrhæ, quia deo placere nititur cum carnis mortificatione. Gal. 5. Qui ſunt chriſti, carnem ſuã crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Quinto cõmendat eam ab orationis deuotione, & virtutum plenitudine, cum dicit (& thuris & vniuerſi pulueris pigmẽtarii,) vt gloſſa exponit. Ita vt odor thuris referatur ad orationẽ: vniuerſitas vero pulueris aromatici, ad plenitudinem virtutum.

C LECTIO. VII.

IN lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.

Finito tractatu, in quo determinatur de eccleſia primitiua. Hic incipit tractatus, in quo determinatur de eccl'ia moderna. Et ſicut in primo tractatu primo deſcribebatur eccleſia primitiua, & poſtea finiebatur dictus tractatus in laudem eccleſiæ, cum dicebatur, (Quę eſt iſta quę aſcendit:) ſic in parte iſta primo deſcribitur ſtatus eccleſiæ modernæ: ſecũdo finitur tractatus eius in laudẽ ipſius, ibi (Quę eſt iſta quę progreditur) circa finẽ. c. 6. Prima pars diuiditur in partes duas: quia primo deſcribitur pñs eccleſia quantũ ad eius diuerſitatẽ: ſecũdo quantũ ad eius veritatẽ, ibi (pulchra es amica mea,) circa princi- D pium ſexti capl'i. Prima pars diuiditur in duas: quia primo deſcribitur ſtatus eccleſiæ quantum ad vitam contemplatiuam: ſecũdo quantũ ad uitã actiuam, ibi (Ego dormio, & cor meũ vigilat.) Prima pars diuiditur in partes duas: quia primo deſcribũtur ea quæ requiruntur ad contemplationẽ: ſecundo vidẽs eccleſia per ſe ipſam non poſſe in ipſis perſiſtere, iplorat chriſti ſubuentionem, ibi (veniat dilectus meus) in principio. 5. cap. Contemplatiua aũt vita tria debet habere. Nam primo debet conuerti ad deum: ſecundo debet relinquere mundum: tertio debet patienter ſuſtinere tentationes. Ideo pars iſta diuiditur in partes tres: quia primo oſtenditur eccleſiæ ad chriſtum conuerſio. Secundo quòd ei conuenit mundi derelictio, ibi (Quàm pulchra es) in principio quarti capituli. Tertio quòd ei cõgruit tentationum toleratio, ibi (quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ,) vltra medietatem dicti capituli.

Bb ii

Propter primum, notandum ꝙ totũ bonum quod eſt in eccleſia quantum ad incipientes & proficientes, & perfectos, totum eſt à chriſto: & ideo dignum eſt vt cõuertamur ad ipſum, à quo tãta bona habemus. Poteſt ergo ſic formari rõ, Quilibet ad illũ debet cõuerti, à quo habet omnia ſua bona: ſed eccleſia omnia ſua bona habet à chriſto: ergo ad ipſum debet conuerti. In iſta rõne ſic procedit: quia primo oſtendit chriſtũ omnia ſua bona contuliſſe eccleſiæ propter filias Hieruſalem: ſecundo ex hoc concludit ꝙ ipſæ filiæ Sion cõuertantur ad chriſtum, ibi (Egredimini filiæ Sion, & videte.) Prima pars diuiditur in tres partes: quia primo oſtenditur eſſe à chriſto bona incipiẽtium, & hoc ſub figura lectuli, ibi (Lectulum Salomonis.) Secũdo oſtẽditur eſſe ab eo bona proficientium, & hoc ſub figura ferculi, ibi (Ferculum ſibi fecit.) Tertio oſtenditur eſſe ab eo bona perfectorũ, & hoc ſub metaphora reclinatorii aurei, ibi (reclinatoriũ aureum. Notandum autem, incipientes in eccleſia potiſſimè indigere cuſtodibus, ne diabolus & malæ tentationes eos inuadant, & quaſi imbecilles ſuperẽt: propter qd apparet maxima benignitas chriſti, & ꝙ ipſe multum diligat bonũ incipientium, qñ dignatur eis dare cuſtodes. Et qa tria ſũt genera hmõi cuſtodientium, ideo diuiditur pars iſta in partes tres. Quia primo oſtenditur hmõi incipientes eſſe cuſtoditos per annunciantes veritatẽ doctrinę, ibi (Omnes tenentes gladios.) Secundo per annunciãtes veritatem iuſtitiæ, ibi (vniuſcuiuſq; enſis. Continuetur ſic, Primitiua eccleſia multum vexata fuit, ſed modernam eccleſiam videmus eſſe in tranquillitate, quia (en) pro ecce ipſos de quibus minus videtur, videmus eſſe (lectulum Salomonis:) quia in eis quieſcit chriſtus. Et hmõi lectulum (ambiunt) .i. cuſtodiunt (ſexaginta fortes ex fortiſſimis Iſrael) .i. annunciantes veritatẽ vitæ: quia fortes & non molles per tentationes debent eſſe qui volunt prædicare de moribus. Et notandum ꝙ numerus iſtorum cuſtodum .ſ. numerus ſexagenarius bñ cõpetit officio. Nam ſexagenarius numerus conſtituitur ex ſenario ducto per denariũ, per quõd itelligitur veritas vitę hoc mõ: quia verè & iuſte viuimus ſi per ſex dies quibus operari debemus .i. per totum tps vitæ noſtræ, qd intelligitur per numerum ſenarium qui eſt numerus perfectus, obſeruamus drcẽ præcepta decalogi. Signanter aũt eſt notandum ꝙ Salomon incipiẽs tractare de moderna eccleſia, incipit à lectulo .i. à quiete: quia iam ceſſauit perſecutio. Deinde cum dicit.

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.

Oſtendit hmõi incipientes eſſe cuſtoditos per annunciantes veritatẽ doctrinæ, & continuetur ſic, Hmõi fortes non ſolũ ſunt ſexaginta ſecundũ ꝙ annunciant veritatem vitæ, ſed (omnes ſunt ad bella doctiſſimi, tenentes gladios) doctrinæ ſacræ: iuxta illud Eph. vlt. Et gladium ſpiritus quod eſt verbũ dei. Deinde cũ dicit.

Vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuũ propter timores nocturnos.

Oſtendit ꝙ incipientes cuſtodiuntur per eos q annunciant veritatem iuſtitiæ. Nam nõ ſufficit ꝙ aliquis prædicet de fide annunciando veritatẽ doctrinæ: ſed oportet eum annũciare veritatẽ iuſtitiæ eſſe, ut faciat quod dicit, & credat quod docet: quia iuſtũ eſt vt aliquis talis ſit in ſe, qualem prædicat alium debere eſſe. Ideo prædicatores qui debent cuſtodire lectulum Salomonis, ſiue incipientes, debent tenere enſem non in ore tantum vt dicant & non faciant; (ſed vniuſcuiuſq; enſis) debet eſſe (ſuper femur ſuum,) cõſtringendo femora ſua, viuendo caſte, & obſeruando quæ prædicant. Addit autem cauſam quare lectulum ſuũ chriſtus vult ſic cuſtodiri, cũ ſubdit, (propter timores nocturnos) ideſt, propter impugnationes diabolicas, & alias tentationes malas. Deinde cum dicit.

A Ferculũ fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas.

Oſtendit bonum proficientiũ eſſe à chriſto. Ad cuius euidentiam notandum, ꝙ incipientes dicuntur lectulus, quia in eis quieſcit chriſtus: non tamen ſunt ferculum, quia non ferant chriſtum ad alios, generando ipſum in cordibus aliorum. Proficientes autem ſunt ferculum .i. portatorium quia chriſtum portant & deferunt vſq; ad alios. Tanguntur autem tria bona proficientium: quorum primũ ſumitur in ordine ad deũ, quod notatur, cum dicit, (ferculum fecit ſibi rex Salomon) ſcilicet, ordinatũ ad ſeipſum, qui eſt verus deus. Secundo tangitur bonum quod habẽt proficientes in ordine ad ſeipſos, cum ſubdit, (de lignis libani) ideſt, de lignis albis: quia in ſeipſis debent eſſe mũdi. Tertio tangitur bonum quod habẽt in ordine ad proximos, cum ſubdit, (Columnas fecit argenteas.) Nam qui ſunt
B proficientes debent habere columnas argenteas, alios ſuſtentando, & eis veritatem annunciãdo: quod notatur per argentum, quod eſt metallum ſonorum. Deinde cum dicit.

Reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem.

Deſcribit perfectos. Ad cuius euidentiam (notãdum quòd ferculum dicitur in quo aliquid portatur, & dicitur à fero fers, quia quieſcẽtem fert. Reclinatorium autem eſt ſuprema pars huius ſed.s, in qua reclinatur & quieſcit caput ſedentis: vnde per reclinatorium deſignantur perfecti: qui tenent ſupremũ gradum in eccleſia. Bonum autem iſtorum deſcribitur tripliciter. Primo quantum ad ſitum quem tenent, quia altum & clarum ſiue ſplendidum: quod notatur, cum dicitur, (Reclinatorium aureum.) Secundo deſcribitur quan-
C tum ad viam per quam ad talem ſitum aſcendũt, cum dicitur (aſcenſum eius purpureum.) Purpura enim ex ſanguine piſcis cõficitur. vnde gl. infra. 8. cap. ait, Conchæ maris ferro circumciſæ lachrymas purpurei coloris emittunt, quibus collectis tinctura purpurei coloris efficitur: vnde præſignant paſſionem chriſti rõne effuſionis ſanguinis: quæ paſſio eſt via deueniendi ad ſtatum perfectum, quia incedentes per eam perfectionis ſtatum acquirunt. Tertio deſcribitur perfectorum bonum, quãtum ad virtutem per quam moti ſunt ad talem ſitum, cum ait, (Media charitate conſtrauit:) quia charitas eſt virtus media, per quam conſtratum ſiue conſtitutum eſt huiuſmodi reclinatorium, inquantum virtute eius, perfecti aſcendunt ad talem ſtatum. Addit autem cauſam quare hmõi ordo eſt in eccleſia cum ait, (propter filias hieruſalem:) quia propter nos chriſtus pati uoluit, & eccleſiam ſuam ordinauit, & di-
D uerſis perfectionibus dotauit. Deinde cum dicit.

Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſpõſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

Concluditur ex habitis ꝙ exiſtẽtes in eccleſia, & potiſſime prælati debeant conuerti ad chriſtum. Nam ſi tanta bona chriſtus contulit eccleſiæ, propter eos qui ſunt in eccleſia, dignum eſt exiſtentes in eccleſia cõuerti ad ipſum: ideo ait (O filię Sion, egredimini, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua) ideſt, conuertimini ad chriſtum, & cõſiderate paſſionem eius, non tantum in mente, ſed in mentis affectu. In qua, ſcilicet, mater ſua, ſcilicet, ſynagoga coronauit eum diademate: quia ad literam coronauerunt Iudæi in paſſione chriſtum corona ſpinea: quę licet ex eorum præuaricatione chriſto impoſita fuerit ad confuſionem, tamen ſecundum veritatẽ

titulus

titulus eſt referens maieſtatis honorem: quia propter hoc deus eum exaltauit &c. Ideo affixus eſt titulus cruci. (Ioan. 19.) Rex iudæorũ. quod fuit in die deſponſationis illius .i. chriſti, quia in paſſione ſua vniuit ſibi eccleſiam dans ſanguinem ſuum in precium, & introducens latronem in paradiſum, Lucæ. 23. (Et in die lætitiæ cordis eius) id eſt, ſynagogæ, quia ad literam Iudæi & ſynagoga gaudebant & lætabantur de paſſione chriſti.

LECTIO. VIII.

CAP. IIII.

Qvàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es?

Poſtquam oſtẽſum eſt ꝙ exiſtentes in eccleſia debẽt conuerti ad chriſtum. Hic oſtendit ꝙ debẽt relinquere mundũ: nec eſt pp hoc peruerſio ordinis: q̃a licet via generationis prius ſit relinquere mũdum, quàm adhærere deo: via tamen perfectionis & complementi prius eſt adhærere deo. Ita in bono formalius eſt conuerti ad ipſum. Diuiditur autem hæc pars in partes tres, ſecundum quòd tripliciter oſtẽditur, ꝙ eccleſia debet relinquere mundũ. Nam primo hoc oſtenditur ex ſtatu eccleſiæ: ſecũdo ex fine eius: tertio ex dilectione quã habet chriſtus ad ipſam. Secunda, ibi, (coronaberis de capite.) Tertia, ibi, (vulneraſti cor meum. In prima parte intendit talem rationem, Ille cuius ſtatus requirit totalem pulchritudinem, debet ſe auertere ab immunditia, ne contrahat ſordes, & derogetur ſuo ſtatui: ſed ſtatus eccleſię requirit totalem pulchritudinẽ: ergo debet ſe auertere à mundo, vbi eſt immũditia, ne coinquinetur. In hac autem ratione ſic procedit, quia primo oſtendit eccleſiam quantum ad omnia ſua debere habere pulchritudinem. Secundo ex hoc infert ꝙ ſtatus eccleſiæ requirit pulchritudinem totalem, ibi (vadam ad montem myrrhæ.) Tertio oſtendit ex habitis ꝙ eccleſia debet recedere à mundo, ibi (veni de libano.) Propter primũ, notandum quod in quolibet tria requiruntur. ſ. ſubſtãtia, virtus, & operatio. In oſtẽdendo vero ſtatum eccleſiæ debere quãtum ad omnia requirere pulchritudinem, tria facit: quia primo hoc commendat, & oſtendit de ſubſtantia. Secundo de virtute, ibi (oculi tui.) Tertio de operatione, ibi (capilli tui.) Dicit ergo (quàm pulchra es amica mea,) quantum ad ſubſtantiam interiorem: (quàm pulchra es:) quantum ad exteriorem: quia in quolibet homine eſt duplex homo, exterior, & interior: duplex ſubſtantia ſpiritualis & corporalis. Primitiua eccleſia fuit formoſa interius, ſed nigra exterius: vnde ad differentiam illius eccleſiæ, moderna eccleſia dicitur pulchra interius & exterius: quia ceſſauerunt perſecutiones Gentilium, & Iudæorum. Deinde cum dicit.

Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet.

Oſtendit eccleſiam requirere pulchritudinem quantum ad virtutem, ſiue quantum ad potentias: vnde ait, (Oculi tui) id eſt, intellectus & affectiones ſunt (columbarum) .i. habentes ſimplicitatẽ & rectitudinem, ut columbæ, (abſq; eo qđ intrinſecus latet) .i. abſq; actionibus intellectus & affectus, quæ latent intrinſecus: quia non ſunt trãſeuntes in exteriorẽ materiam. Vult. n. dicere ꝙ pp pulchritudinem actionũ, de qua ſtatim dicetur, habet; eccleſia pulchritudinẽ oculorum. i. potentiarum vel virtutũ. Dicuntur. n. potentiæ vel virtutes animæ, vt intellectus & affectus, oculi eius: quia oculus eſt illud quo mediante tendimus in aliquid vt in finẽ: quod fit per intellm̃ & affectũ. per intellm̃, in quãtum

A dirigit in finẽ. per affectum, in quãtũ inclinat in ipſum. Hmõi autem oculi ſunt columbarũ: quãdo intellectus eſt ſimplex & rectus .i. ſine plica erroris & affectus, ſine plica malitiæ. Deinde cum dicit.

Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.

Oſtendit eam habere pulchritudinẽ quantũ ad operationes. Et duo facit: quia primo oſtẽdit hoc quantũ ad operationes affectus: ſecundo quantũ ad operationes intellectus, ibi (dentes tui.) Dicit ergo (capilli tui) id eſt, affectiones tuæ, quæ dicũtur capilli, quia radicantur in ſuprema parte animæ, ſunt (ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.) In quo tria tangit. Primo ꝙ affectiones debent eſſe greges: q̃a debent eſſe congregatæ non ſparſę, cuiuſmodi ſunt affectiones malorum, quæ quærunt bona ſparſa & particularia. Secundo, debent eſſe caprarũ .i. debent eſſe altæ, ſicut capræ quærunt in altũ paſtum. Tertio, debẽt

B aſcendere de monte Galaad, q̃ interpretatur aceruus teſtimonii: quia ad literã, moderna eccleſia, & quęlibet ſancta aĩa de qua nunc agitur, aſcendit cogitatiõibus ſuis in monte Galaad. i. in aceruũ teſtimonii. ſ. in exẽpla quæ præceſſerunt, & in altitudinẽ teſtimonii ſcripturarum. Deinde cum dicit.

Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.

Deſcribit pulchritudinẽ actionum intellectualium: & facit quinq;, ſecundum ꝙ hmõi actiones quinq; modis pñt accipi. Primo oñdit quales debent eſſe hmõi actiones, vt ſunt in intellectu. Secundo, quales debent eſſe, ut ſignificantur p verba, ibi (ſicut vitta coccinea.) Tertio, vt implentur p opera, ibi (ſicut fragmẽ.) Quarto, ut ordinantur ad confuſionẽ aduerſariorũ, ibi, (ſicut turris.) Quinto, ut ordinantur ad documenta paruulorum, ibi (duo ubera tua.) Dicit ergo (dẽtes tui.)

C id eſt cogitationes intellectus, quæ dicuntur dentes: q̃a ſicut per dentes frangitur qđ eſt vnitum, ita hõ per intellectum qđ intelligit vno conceptu frangit aliis per plures conceptus: vñ Diony. c. 15. Eccleſiaſticę hierarchiæ, dicit angelos ſuperiores dẽtes: quia qđ intelligũt vno conceptu, diuidunt in inferiores p plures conceptus. Hmõi aũt dentes ſiue conceptus eſſe debẽt (ſicut greges tonſarũ, quę aſcendunt de lauacro:) quia debẽt eſſe tonſi a lana terrena: & debẽt aſcendere de lauacro propter mũditiã: & debent eſſe hmõi cõceptus cum gemellis fœtibus) pp conſilia & pręcepta: & inter illas conceptiones non debet eſſe ſterilis, quia debent promereri aliquem fructum. Deinde cum dicit.

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Oſtendit quale debet eſſe eloquiũ exprimens hmõi

D cogitationes, & tangit duo ſecundũ ꝙ eloquium duo habere debet. Primo debet eſſe moderatũ: & quantum ad hoc dicit (labia tua ſicut vitta coccinea:) quia ſicut vitta capillos tenet, ſic eloquium moderatum tenet veram ſententiam. Hæc aũt vitta debet eſſe coccinea, q̃a crocus habet colorem rubeum: & verba contemplatiua debent eſſe potiſſimum de paſſione chriſti. Secũdo eloquium debet eſſe ordinatum & compoſitũ, & quantum ad hoc ait (eloquiũ tuũ dulce:) iuxta illud Prouerb. 16. Fauus mellis verba cõpoſita. Deinde cũ dicit.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eò quod intrinſecus latet.

Oſtendit quales debẽt eſſe operationes intellectus, vt adimplẽtur per opera. Nam talia debẽt eſſe opera ꝙ reſideant interioribus affectionibus & exterioribus, quia nõ debemus hẽre fictam ſanctitatem: ideo ait, (genæ tuæ,) id eſt, opera tua, quæ ſunt in apto ſicut genæ,

A ſunt (ſicut fragmen mali punici) ideſt ſicut malũ punicum fractum. In fractura tale apparet, quale erat interius. Sic opera noſtra tales nos debent oſtẽdere, quales ſumus. Eſt aũt malum punicum, malum granatum: quod qñ frangitur, apparent in eo grana rubea pluria. Sic etiã ex vna charitate plura bona opera debent procedere. Et quia ſimul cum pulchritudine exteriori debet adeſſe pulchritudo interior, idẽ additur (abſq; eo quod intrinſecus latet.) Deinde cum dicit.

Sicut turris Dauid collũ tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Millæ clypei pẽdent ex ea, omnis armatura fortium.

Oſtendit quales ſunt huiuſmodi conceptus vt ordinantur ad reſiſtẽdum aduerſariis, dicens (collum tuũ) ideſt doctrina tua, & boni conceptus tui, per quos iungeris mihi capiti, ſicut per collũ caput vnitur corpori. Huiuſmodi autem collũ eſt (ſicut turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis.) quia ſufficiẽs eſt ad B repellendum omnes impugnationes aduerſariorum. ideo addit (mille clypei) ideſt perfectus numerus authoritatum (pẽdent ex ea, & omnis armatura fortiũ.) Authoritatibus enim, & articulis fidei munitur fides noſtra, quaſi per quoſdam clypeos noti in lumine diuino, (in quo eſt omnis armatura fortium:) quia quicquid virtutis eſt in omni intellectu, peramplius & perfectius cõtinetur in lumine diuino. Deinde cum dicit.

Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Determinat de operationibus intellectus vt ordinantur ad inſtructionem paruulorum: & tangit quatuor. Nã actiones intellectus ſiue doctrina primo debet eſſe C proportionata auditoribus paruulis: ideo dicit (duo vbera tua:) quia paruuli non poſſunt maſticare dura, ſugunt vbera: iuxta illud Corinth. 3. Tanquã paruulis in Chriſto lac dedi vobis potum, non eſcam. Et dicit (duo vbera) propter duo teſtamenta, vel propter ſenſum literalem quem ſignificant voces, & myſticum quem ſignificant res. Secũdo, hæc doctrina debet eſſe charitatiua, quia doctor debet docere ardenter: idẽ ſubdit (ſicut duo hinnuli capreæ gemelli:) in quo deſignatur geminatio charitatis. Tertio, doctor debet docere regulariter, quia debet docere ſecundũ ordinem ſacræ ſcripturę: ideo ſubditur (qui paſcuntur in liliis) ideſt in candore diuinarum ſcripturarum. quia ſecundum quod eſt i ſacris ſcripturis, ſic alios docere debemus. Quarto, perſeueranter: idẽ addit (donec inclinẽtur vmbræ) ideſt, donec ceſſent ænigmata, quod tempus eſt totius vitæ præſentis: (& aſpiret dies) .i. æternitatis, quod erit in futura vita, vbi non indigebimus ea doctrina qua indigemus modo. Deinde cum dicit.

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Concludit ex habitis ſtatum eccleſiæ requirere talẽ pulchritudinem. & continuetur ſic, dixi ò eccleſia te eſſe pulchram ſecundum omnia tua: ideo (vadam ad montem myrrhæ) ideſt, ad te quæ es mons myrrhæ, propter carnis mortificationem. (& ad collem turris) ideſt, ad te quę es collis turris, propter aſſiduam & multiplicem orationem. & ſupple, dicam (tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.) Nam ſi eccleſia ſecundum omnia ſua requirit pulchritudinem, pulchritudo ſua debet eſſe totalis. Eſt autem diligenter notãdum quod pulchritudo dicta de eccleſia non debet referri ad actualem actum vt talis ſit, ſed ad ſtatum, nõ quia talis ſit, ſed quia talis debet eſſe, vt ſemper proficere debeat: propter quod oportet eam mundum relinquere. Deinde cum dicit.

A **Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni.**

Infert ex habitis quod debet relinquere mundum. & cõtinuetur ſic, Habitum eſt quod ſtatus tuus requirit totalẽ pulchritudinem ſponſa mea: ergo ne inficiaris à mũdo,) veni de libano) .i. veni de mũdo, & recede de mũdo, (veni de libano, veni.) Dicit autem ter (Veni) propter fidem Trinitatis, ad quã alios inducere debet, ut dicit gloſſa. Vel quia derelinqui mundus non põt niſi pater educat ſua potentia, Pſal. Eduxit Iſrael de medio eius in manu potenti & brachio extento. Et niſi filius dirigat ſua ſapientia, Sap. 10. Eduxit illum ſapiẽtia .i. primum hominem cum omnibus ſaluandu à delicto ſuo à quo nullus poteſt duci, niſi educatur de mũdo, Iacobi. 4. Qui voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus dei cõſtituetur: niſi ſpũs ſanctus attrahat ſua bonitate & clementia, Iſaiæ. 63. Spiritus domini ductor B eius fuit. Vel ter dicit, (veni) quia ſicut peccamus cogitatiõe, locutione, & opere: ita his tribus ad chriſtum ire debemus. Dicitur autem mundus libanus .i. candidus per contrarium, quia in eo non eſt candor: ſicut lucus quia caret luce, & piſcina quia caret piſcibus; ſic dicitur mundus quia caret mũditia. Deinde cum dicit. Pſal. 135.

Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum.

Adducit iſtam rationem ad hoc ſumptam ex fine, & intendit talem rationem. Homo debet relinquere illud, quo relicto poteſt adipiſci ſuam coronam & ſuum finem: ſed ſi tu relinquas mundum, coronaberis: ergo debes mundum relinquere. De iſta ratione non ponit plus, niſi quod ſi relinquat, coronabitur. Et ut intelligãtur C verba eius, notandum quod mundus quadrupliciter inficit. Primo inficit iraſcibilem per timoroſitatem: ſecundo inficit concupiſcibilem per intemperantiam & fœditatem: tertio inficit voluntatem per iniuſtitiã: quarto inficit intellectum ſpeculatiuum, per infidelitatem. Ideo ait (coronaberis de capite Amana) ideſt, de mũdo, relinquendo timiditatem, quæ inficit iraſcibilem. Amana enim interpretatur coanguſtatus, & ſignificat mundum, qui ſeipſum coanguſtat & cõſtringit. Iterum (coronaberis de vertice Sanir) ideſt, de fœditate & intemperantia, relinquendo ipſam, quia inficit concupiſcibilem. Nam Sanir ſecundum gloſſam idem eſt quod fœtor. Iterum (coronaberis de vertice Hermon) .i. de iniuſtitia relinquendo ipſam, quia inficit appetitũ intellectus, ſiue volũtatem. Interpretatur enim Hermon anathematizatio ſiue diuiſio à deo, quod maxime fit per iniuſtitiam, & potiſſime vt eſt vitium generale. Iterum (coronaberis,) ſi veneris (de cubilibus leonum) ideſt de improuidentia, quæ inficit intellectum practicum. Nam differt homo à beſtiis ferocibus, quia eſt animal politicum per manſuetudinem, quam non habẽt animalia ferocia, quæ intelliguntur per leones, quæ non refrænant motus ſuos per prudentiã, ſicut homo. Iterum (coronaberis de montibus Pardorum) .i. de infidelitate, quæ inficit intellectum ſpeculatiuum. Hæretici enim & infideles inſidiãtur vt Pardi. & ſupplendum eſt, delinquendo hoc, perfecte relinques mundum. Et quia nõ coronaberis niſi iſta relinquas, debes perfecte mundum relinquere vt coroneris. Deinde cum dicit.

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui.

Ponit tertiam rationẽ ſumptam ex amore diuino. Congruum enim eſt vt amantes nos amemus: & quia chriſtus nos maxime diligit, debemus eum diligere. Cum ergo non poſſimus eius amori inhærere niſi mundũ relinquamus, debemus mundum relinquere. De iſta rõne

non

non ponit niſi medium, videlicet, ꝙ chriſtus maxime nos diligit. Hoc eſt ergo quod à te volo (ſoror mea) propter naturæ conformitatem, (ſponſa mea) propter fidem (vulneraſti cor meum) ſagitta amoris (in vno oculorum tuorum) ideſt, in vnitate cogitationũ tuarum, (& in vno crine colli tui) ideſt, in vnitate affectionum tuarum. Nam per oculos per quos conſpicimus debemus intelligere actiones intellectus: quæ tũc placent deo, quando ſunt vnitæ per fidem. (per capillos) vt ſupra dicebatur, debemus intelligere affectiones, quæ tunc placent deo, cum ſunt vnitæ per charitatem, & per alias perfectiones affectus: & quia talẽ vnitatem habere non poſſumus niſi mundum relinquamus, debemus mundum relinquere.

LECTIO. IX.

QVam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa. Pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

B

Superius oſtenſum eſt eccleſiam præcipue vt reſpicit ſtatum contemplatiuorum debere cõuerti ad chriſtum propter ſuſceptam ab eo bonitatẽ, & debere relinquere mundum, ne per ipſum contrahat fœditatẽ. Hic oſtendit eam debere ſufferre tentationes, vt adipiſcatur finem, & mereatur ampliorem bonitatem. Et intendit talem rationẽ, Quicunq; poteſt de facili aliquas turbationes ſufferre, ſi per eas poteſt cõſequi finem & augmentum in bono vt talia adipiſcatur, debet ſufferre libenter: ſed eccleſia potiſſimè vt reſpicit ſtatum contemplatiuum poteſt de leui tentationes ferre, & cũ per eas mereatur finem & augeatur in bono, debet eas patienter ſufferre. In hac rõne ſic procedit. Primo oſtendit, ꝙ viri contemplatiui poſſunt omnes tentationes de facili vincere. Secundo ex hoc concludit, ꝙ vult eos permittere tentari, vt ex hoc adipiſcantur finẽ & gloriam, ibi, (ſurge Aquilo.) Prima pars diuiditur ĩ duas: quia primo oſtendit viros contemplatiuos tentationes vincere: ſecundo oſtendit quòd hoc poſſunt de facili, ibi, (emiſſiones tuæ.) Prima diuiditur in duas: quia primo oſtẽdit de quolibet genere tentationum, quod poſſunt ipſas vincere: ſecundo ex hoc cõcludit quòd vniuerſaliter poteſt eccleſia vt reſpicit ſtatum contemplatiuorum omnem tentationem ſuperare, ibi (Hortus concluſus ſoror mea.) Prima pars diuiditur in tres partes ſecundum quòd ſunt tria genera tentationum. Nam primo oſtendit eccleſiam poſſe ſuperare tentationes diaboli: ſecundo oſtendit vincere tentationes mundi, ibi, (fauus diſtillans.) tertio oſtendit eam poſſe ſuperare carnis tentationes, ibi (& odor ueſtimentorum.) Circa primum notandum ꝙ diabolus dupliciter nos vincit. Primo decipiendo nos, cum ſe transformat in angelum lucis. Et contra hoc ualet doctrina quam maxime habent viri contemplatiui: quia ſeparati a mundo magis percipiunt diuinum influxum. Nam Philoſophus in lib. de bona Fortuna, oſtẽdit aliquos ſimplices eſſe bene fortunatos, quia amoti à ſenſibilibus magis percipiunt de cognitione ſubſtantiarũ ſeparatarum & dei: ſicut cęci non intenti viſibilibus, magis memorantur. Et quantum ad hoc ait (O ſoror mea ſponſa, quàm pulchrę ſunt mammæ tuę) i. quàm pulchra eſt doctrina tua, quæ dicitur mammæ & ubera, quia ſe contemperat ſecundum proportionem auditorum. & ideo ſubdit, (pulchriora ſunt vbera tua vino) ideſt doctrina tua præualet doctrinæ Philoſophorum, quæ non temperat ſe proportioni audientium, ſed conſiſtit in quadam auſteritate & excellentia verbi, carens ponderoſitate ſententię. Ideo huiuſmodi doctrina dicitur vinum non lac, quia caret dulcedine. Secundo vincit nos diabolus, ſi inueniat nos denudatos virtutibus. & quantum ad hoc ſubditur, (& odor vnguentorum tuorum) ideſt, fama virtutum ſpiritualium, vt gloſſa exponit, (ſuper omnia aromata) ideſt, ſuperat omnem humanam ſcientiã: propter quod ſuplendum eſt, non debes timere ne diabolus te vincat decipiendo. Deinde cum dicit.

A

Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua. Et odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.

Oſtendit eccleſiam ſuperare impugnationem mundanam. Nam maxime mundum ſuperamus (quia cum diuidatur inter fideles & infideles) ſi fidelibus effundimus doctrinam, & eam celamus infidelibus, ne capiant nos in verbo. Ideo ait, (fauus diſtillans labia tua) quantum ad infideles, quibus non debes communicare dulcedinem doctrinæ ſacræ, ſed tenere eã ſub lingua tua. Deinde cum dicit, (odor veſtimentorum tuorum). i. odor carnis tuæ: eſt enim caro quaſi quoddam veſtimentum animæ, cuius odor eſt (ſicut odor thuris.) Thus enim cum igne crematur, redolet: ſic caro contẽplatiuorum cum tentationibus ſtimulatur, eã vincunt cum continentia, redolent, & merentur. Ex quibus haberi poteſt ꝙ eccleſia, vt reſpicit vitam contemplatiuam, poteſt ſuperare tentationes carnis. Deinde cum dicit.

Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

C

Infert ꝙ omnes tentationes vniuerſaliter poteſt ſuperare. & continuetur ſic, Tu eccleſia (ut oſtenſum eſt) ſuperare potes omnes tentationes diaboli, mundi, & carnis: igitur tu es (hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, tu es hortus concluſus) & dicit bis hortus concluſus: quia tentationes mundi, & carnis non poſſunt intrare ad ipſam. Addit etiam ꝙ eſt (fons ſignatus:) quia etiam tentationes diaboli non poſſunt ad eã ingredi. Eſt igitur eccleſia hortus concluſus, inquantum continet poma munda à ſpurcitiis carnis. Eſt hortus concluſus, inquantum continet poma vera nõ ſophiſtica vanitatibus mundi. Eſt fons ſignatus, inquantum continet aquas dulces non amaricatas per verſutias diaboli. Deinde cum dicit.

Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

D

Oſtendit eccleſiã, vt reſpicit contemplatiuos, de facili poſſe ſuperare tentationes ſingulas. Nam minima gratia ſufficit ad ſuperandum omnes tentationes. Si igitur quis habeat gratiam ſuperabundantem de facili eas ſuperabit. Gratia ſuperabundans in hoc cognoſcitur, inquantum alios inducit ad gratiam. Nam perfectum eſt vnumquodq; cum poteſt ſibi ſimilem generare. (7. Phy. t. 16.) Oſtendere ergo eccleſiam de facili poſſe ſuperare tentationes ſingulas, eſt oſtendere ꝙ deriuationes gratiarum prout fluunt ab eccleſia ad ſuas filias ſunt ſufficientes ad ſuperandum tentationes ſingulas. deriuantur enim dona gratiarum diuinarum à perfectioribus ad imperfectos, nõ ꝙ perfecti ipſam gratiam cauſent, ſed à ſolo deo ipſa gratia cauſatur: ſed quia per prædicationes & bona opera & exempla perfecti ducunt imperfectos ad gratiam ſuſcipiendam: & ulterius aliquando per ſuas orationes gratiam impetrant, & miniſtrando ſacramenta aliqd efficiũt in illa, quo facto, niſi quis præbeat obicem, gratiã ſuſcipit. Duo ergo facit. Nam primo oſtẽdit ꝙ per huius deriuationes põt

Digitized by Google

quolibet genus tentationis ſuperari: ſecũdo ex hoc A concludit ꝙ vniuerſaliter omnes tentationes ſuperare poſſit: ibi (fons hortorum.) Circa primum tria facit. quia primo oſtendit ꝙ per tales deriuationes poſſunt ſuperari tentationes mundi. ſecũdo ꝙ diaboli, ibi (cypri cum nardo.) tertio ꝙ carnis, ibi, (myrrhæ & aloe.) dicit ergo (emiſſiones tuæ.) ideſt dona gratiarũ deriuata a te ad alios ſunt (paradiſus malorum punicorum) ideſt, illarum arborum (cum fructibus pomorum) ideſt, cum fructibus dictarum arborum. Fructus enim malorum punicorum habẽt corticem aſperum, ſed intus habent grana rubea: & ſignificãt doctrinam eccleſiaſticam, cuius ſenſus committitur his qui ſunt intra ipſam: exterioribus autem monſtrat cortex tantum. Vnde pars iſta reſpondet illi parti vbi dicebatur ſupra (fauus diſtillans labia tua, mel & lac ſub lingua ſua.) Sicut ergo per illa verba oſtendebatur eccleſiam poſſe ſuperare impugnationem mundi: ſic p iſta habetur ꝙ per dona gratiarum deriuata ab eccleſia ad filios, poſſunt alios ſuperare. Deinde cum dicit.

Cypri cum nardo, nardus & crocus, † fiſtula, & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani. * Caſia

Oſtendit per tales emiſſiones poſſe ſuperare diaboli tentationes. Legitur ergo ſic, (emiſſiones tuæ nõ ſolum ſunt paradiſus malorum, ſed etiam huiuſmodi emiſſiones ſunt emiſſiones (cypri.) Cyprus enim ſecũdum gloſſam arbor eſt aromatica habens ſemen candidum. & poteſt ſignificare perfectionẽ intellectus ſpeculatiui, quia huiuſmodi intellectus eſt candidus, qui illuminatur lumine fidei, vel lumine intellectus agentis. Ex quo apparet ꝙ hoc nomen cyprus eſt equiuocum ad inſulam, & arborem. Et hmõi emiſſiones ſunt (nardo.) Nardus enim eſt herba redolens & calida. vnde poteſt ſignificare perfectionem affectus, quia dat intelligere charitatẽ, vt dicit gloſſa. Huiuſmodi emiſſiones, non ſolum ſunt nardus, ſed etiam (crocus). Crocus enim eſt aurei coloris, & poteſt ſignificare prudentiam, cui deſeruit eubulia, ad quam pertinet dare conſilium lucidum & mundum. Prudentia autem eſt in intellectu practico. vnde ſignificat perfectionem intellectus practici. Sunt etiam huiuſmodi emiſſiones (fiſtula & cinnamomum) per quæ deſignantur perfectiões iraſcibilis & concupiſcibilis. Nam cinnamomum habet virtutem ſuam extra in cortice, & ſignificat perfectionem iraſcibilis, quæ perficitur fortitudine quę cõſiſtit in aggrediendo. Caſia autem habet bonitatẽ ſuã interius, & ſignificat perfectionem concupiſcibilis, quę perficitur per temperantiam: cuius bonitas videtur conſiſtere intrinſecus, quia bonitas magis eſt in retrahendo quàm in aggrediendo. habet enim quodammodo modum contrariũ fortitudini. Et inde eſt ꝙ inſenſibilitas, quæ dicit defectum, minus opponitur tẽperantiæ, quàm intemperantia. & audacia, quæ dicit exceſſum, minus opponitur fortitudini quàm timiditas, vt dicitur .2. Ethic. Et huiuſmodi emiſſiones ſunt cũ vni- D uerſis lignis Libani. i. cũ omnibus aliis perfectionibus deſignatis per ligna Libani, ratione candoris & munditiæ. Et qui habet perfectum intellectũ ſpeculatiuum practicum, & iraſcibilem & concupiſcibilem, & alias perfectiones debitas, poteſt reſiſtere diabolo. Ideo per hęc dicta etiam intelligitur ꝙ emiſſiones ſponſę poſſunt ſuperare etiam diabolicas tentationes. vnde iſta pars cõcordat cum illa parte ſuperiori, ꝙ vbera ſponſæ, erãt pulchriora vino, quæ reſpiciunt intellectum. Et odor vnguentorum erat ſuper omnia aromata ratione virtutum reſpicientium potentias alias. Verũetiam per illa. ſ. cyprum, & nardum, poſſumus intelligere perfectiones potentiarum, per quas ſuperamus diabolum. Deinde cum dicit.

Myrrha & aloe, cum omnibus primis vnguentis. A

Oſtendit quomodo per tales emiſſiones ſuperantur tentationes carnis: quia ſunt (myrrha & aloe). i. conſeruant à putrefactione. & hoc (cum omnibus vnguẽtis primis). i. cum omnibus vnguentis præcipuis conſeruantibus à putrefactione. myrrha etiam à putrefactione conſeruat, vt dicit gloſſa. Et aloe etiam hoc facit, licet non tantum, vt in gloſſa dicitur. Et etiam vnguenta præcipua habent hoc efficere. Et quia vitãdo tentationes potiſſime ſeruamur à corruptione, ideo per hoc datur intelligi, ꝙ propter deriuationes prędictas ſuperantur tentationes carnis. Deinde cum dicit.

Fons hortorum: puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Concludit ꝙ vniuerſaliter tentationes omnium ſuperantur. Ideo ait ꝙ huiuſmodi emiſſiones ſunt fons hortorum, inquantum valent ad producendum fructus malorum punicorũ, reſiſtendo tentationibus mũ- B di. Sunt etiam (puteus aquarum viuentium:) quia aquæ quas continent non poſſunt mortificari per tentationes diaboli: & huiuſmodi aquæ ſunt (quæ fluunt impetu de libano) ideſt, de candore: quia non maculantur immunditia carnis. Deinde cum dicit,

Surge Aquilo, & ueni Auſter: † perflent hortum meum, & fluent aromata † eius. * perfla * illius

Concludit chriſtus ꝙ vult permittere tentari ſponſam, vt ex hoc mereatur finem & gloriam. Cõtinuetur ergo ſic, Tu ſponſa potes ſuſtinere omnes tentatiões, & potes eas ſuſtinere de facili, cum ipſæ deriuationes, & dona gratiarũ deriuata ad alios) hoc poſſint. Ideo (ſurge Aquilo, & veni Auſter) ideſt, volo permittere ꝙ ſurgant diuerſa genera tentationum: & (perflent) ideſt, ſtimulent (hortum meum) ideſt, ſponſam meam, (& fluent aromata illius:) quia per tales ſtimulationes tu mereberis, & redolebis congruo modo. Aquilo enim eſt ventus frigidus: Auſter vero eſt ventus calidus: & ſignificant omnia genera tentationum, & omnia C quæ poſſunt inclinare ad malum. Quia quicunq; male agit, vel hoc facit ex timore infrigidante: vel ex amore male inflammante.

LECTIO. X.

Veniat dilectus meus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomorum ſuorum. CAP. V.

Quoniam videtur ſpõſa per ſeipſam non poſſe ad deum conuerti, & mundum relinquere, & tẽtationes tolerare: ideo conuertit ſe ad D ſponſum ſuum petẽs eius auxilium, & ſubuentionem. Diuiditur autem hæc pars in duas. quia primo ponitur ſponſæ petitio: Secundo ſubiũgitur chriſti reſponſio, ibi (veni in hortum meum.) Cõtinuetur autẽ ſic, Sponſus meus me hortatur vt cõuertar ad ipſum relinquendo mũdum & ſuſtineam tentationes, & ꝙ hoc de facili poſſum: ſed (vt video) innixa meo auxilio, nullo modo ſum potẽs ad talia. Et ſi dicit hoc me poſſe de facili, recognoſco hoc verum eſſe per eius auxilium. Ideo rogo vt (dilectus meus veniat in hortum ſuum) ideſt, ueniat in me, quæ ſum hortus eius, (vt comedat) ideſt beneuola acceptione recipiat (fructum pomorum ſuorum:) quia cognoſco, & cũ gratiarum actione confiteor, quod fructum quem ego facio, poma quę produco, bonarum cogitationum, affectionũ, orationum, & operum, à me ipſa non facio, ſed eius auxilio.

auxilio:ideo non ſum mea,ſed ſua.Deinde cum dicit.

Veni in hortum meum ſoror mea ſpōſa.

Ponitur chriſti reſponſio. Duo autem notanda poſuit ſponſa in petitione ſua.Primum quòd auxilium à chriſto petebat. Secundum ꝙ bona ſua ab ipſo recognoſcebat.Chriſtus autem reſpondendo ſponſæ ſuæ, tria facit.Primo oſtendit ꝙ petitionem præuenit.Secundo bona ſponſæ à ſe eſſe conſentit,ibi(meſſui myrrham meam.) Tertio eam ad ſecure contemplandum inducit,ibi (comedite amici.)Et continuetur ſic,Tu ſponſa mea petis à me auxilium vt veniam in te , quæ es,hortus concluſus: petitionem tuam iam præueni. hoc eſt quod ait, (ſoror mea ſponſa veni in hortum meum,) vt (veni) ſit,temporis præteriti.vnde eſt ſenſus,Ego iam veni in hortum meum, præueniendo petitionem tuam,paratus ad auxilium tuum. Poſſet aūt legi ꝙ (veni) ſit imperatiui modi: ſed quia non bene continuaretur præcedentibus,ideo de tali ſenſu non eſt nobis ad præſens curandum . Deinde cum dicit.

Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis . Comedi fauum meum cum melle meo , & bibi vinum meum cum lacte meo .

Oſtendit chriſtus quomodo aſſentit bona ſpōſę eſſe à ſeipſo.vnde continuetur ſic , Tu ſponſa mea times, ne deficias in certaminibus:ne timeas,qa ego (meſſui) ideſt,ſecaui vel recollegi (myrrham meam) ideſt , te, quæ es myrrha mea propter carnis mortificationem, ſecundum quam potes tentationes vitare.& hoc(cum aromatibus meis:) quia,vt tactum fuit,ſuſtinēdo tentationes,ea te fluebāt aromata prout mereberis finē, & gloriam.Dicitur enim chriſtus metere myrrhā cum aromatibus,inquantum ſponſa hoc facit,vincēdo tentatiōes auxilio ſuo.In quo chriſtus aſſentit ꝙ hoc bonum quod eſt tentationes vincere,ſponſa non habet à ſeipſa,ſed à chriſto.Poſtea ſubdit(comedi fauū meum cum melle meo)ideſt,ꝙ conuerteris ad me , ſecūdum quam conuerſionem guſtas contemplationis dulcedinem.(bibi vinum cum lacte meo)ideſt,feci ꝙ tu biberes vinum cū lacte meo,) ꝙ relinqueres mundū: quem relinquendo,biberes vinum propter ſpūalem lætitiā: & biberes lac propter candorem & mūditiam. Ex quo apparet chriſtum,confiteri , ſponſam non ſolū habere ab ipſo ꝙ tentationes vincit,ſed etiam habere ab ipſo ꝙ conuertitur ad ipſum,& reliquit mundum.Et notandum ꝙ quia cauſa prima eſt plus influens in ſuum cauſatum,quàm cauſa ſecundaria:ſi ſponſa metit myrrhā vincendo tentationes,& comedit fauū cum melle conuertendo ſe ad deum,& bibit vinū cum lacte relinquēdo mundum:ſi hoc facit inuocato auxilio chriſti, qui eſt caput eccleſiæ & principium , peramplius & perfectius dicitur chriſtus hoc facere . Deinde cum dicit.

Comedite amici , & bibite , & inebriamini chariſſimi .

Hortatur eccleſiam ad ſecure cōtemplandum:ideo ait vos (amici) mei , quia ego ſemper ſum vobiſcum abſꝗ trepidatione , (comedite) ſpūalē dulcedinem , (bibite vinum) ſpūalis lætitię,& inebriamini chariſſimi) ebrietate ſpūs,in contemplationis dulcedine perſiſtendo. Notandum autem ꝙ chriſtus prius locutus eſt Eccleſiæ in ſingulari,cum dicit (veni in hortū meum ſoror mea ſponſa:) nunc autem loquitur ei in plurali,dicens (comedite amici.) Cuius ratio eſt:quia licet eccleſia in comparatione ad chriſtum, cuius eſt ſpōſa, ſit vna,quia vnius ſponſi debet eſſe vna ſponſa: tamen quia dulcedo chriſti non vniformiter recipitur in tota eccleſia,quia dulcedo contemplationis aliquando in vno cauſatur ex maieſtate:aliquando in alio ex pietate,in alio ex ſapientię profunditate:propter hoc di-

A citur eccleſia in plurali comedere,& bibere.

LECTIO. XI.

EGo dormio , & cor meū vigilat .

Poſtquàm deſcriptus eſt ſtatus eccleſiæ modernæ quantum ad cōtemplationē . Hic deſcribitur,quantum ad actionem, ſiue quantū ad filiorū miniſtrationem. Et notandū, chriſtum ſic hortari eccleſiam ad contemplandum,ꝙ tamen eam inuitat ad filiis miniſtrandum,& iō

B dicit (comedite amici & inebriamini chariſſimi ,) in quo hortatur eccleſiam ad contemplationem.Hic autem tanquam bonus ſponſus habens curam filiorum, eam inuitat ad miniſtrandum filiis . Et diuiditur pars iſta in duas.Quia primo ponitur eccleſiæ contemplatio.Secundo ſubiungitur chriſti exhortatio, ſecūdum quam inuitat eccleſiam ſurgere à contemplatione ad actionem,ibi (Vox dilecti mei.)Contemplatio eccleſiæ deſignatur,cum dicitur(Ego dormio,& cor meum vigilat.) Viri enim contemplatiui dicuntur dormire, quia quieſcunt à ſenſibilibus exterioribus:tamē ſecundum cor vigilant,quia magis ſunt apti ad percipiendum intrinſecus iſpirationes,& diuinos influxus.Quia vt ſuperius tactum eſt,ſicut cæci nō intenti viſibilibus, melius memorantur : ſic viri cōtemplatiui non intenti exterioribus,magis percipiūt interiores inſpirationes. Deinde cum dicit.

C **Vox dilecti mei pulſantis , Aperi mihi ſoror mea , amica mea , columba mea, immaculata mea .**

Ponitur chriſti inuitatio. Et diuiditur pars iſta in partes duas.Quia primo ponitur huiuſmodi inuitatio.Secundo ponitur ſponſæ excuſatio,ibi (expoliaui me.) Circa primum duo facit.Quia primo ponitur prædicta inuitatio.Secundo ſubiungitur inuitationis ratio,ibi(caput meum.)Continuetur ſic, me exiſtente in contemplatione,audita eſt in me (vox dilecti mei) ideſt,vox chriſti pulſantis,& dicentis (ò ſoror mea ,) propter naturæ cōformitatem,(amica mea,)propter charitatem,(columba mea,) propter cordis ſimplicitatem,(ſurge)à ſtatu contemplationis,(aperi mihi,) prædicando filiis meis,aperiēdo corda eorum,ut poſſim intrare ad eos . Notādum autem ꝙ eccleſia per vitam actiuam exercendo prædicationis officium , du-

D pliciter aperit chriſto in ipſis fidelibus: quia quod vni ex minimis meis feciſtis (dicit chriſtus) mihi feciſtis . Matth. 25.

Rurſum etiam ipſi chriſto aperimus,quando per prædicationem cor alicuius aperitus , per quam apertionem ipſe chriſtus intrat ad illum. Deinde cum dicit.

Quia caput meum plenum eſt rore , & cincinni mei guttis noctium .

Aſſignat rationem dictæ inuitationis.Rogo ſponſa mea vt mihi aperias,prædicando fidei veritatē, & morum honeſtatem:(quia caput meum) ideſt,intellectus meus (plenum eſt rore)infidelitatis:(& cincinni mei) ideſt capilli,ſiue affectiones meę,ſunt(plenæ guttis noctium) ideſt,frigiditate,& obſcuritate peccatorū, quæ per noctes intelliguntur ratione priuationis, quæ eſt Ioan. 3.
eſſentialis cuiuslibet malitiæ:& qa qui male agit, odit lucem.Notandum autem ꝙ intellectus poteſt dici caput,& voluntas poteſt dici caput.Voluntas enim dicitur caput ratione dominii , ſecundum quem modum

qui dominatur aliis, caput eorũ eſſe dicitur. Quia ergo voluntas in regno animæ dominari videtur, quia cæteræ potentiæ exeunt in actiones ſuas ſecũdum imperium voluntatis, ideo voluntas dicitur caput. Si vero nos cõſideremus caput prout in eo viget cognitio & ſenſus, & quia cætera membra diriguntur in actiões ſuas per caput (cũ dirigere ſit intellectus & rationis,) ſic ratio & intellectus merentur nomen capitis. Propter quod non eſt inconueniens quòd per caput intelligatur intellectus, & per capillos radicatos in capite, deſignẽtur affectiones radicatę in voluntate: cum non ſolum intellectus, ſed etiam voluntas poſſit dici caput. Deinde cum dicit.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Ponitur ſpõſæ excuſatio, & diuiditur in partes tres: quia primo ponitur huiuſmodi excuſatio. Sedo ſubditur chriſti attractio, ibi (dilectus meus.) Tertio per huiuſmodi attractionem ponitur ſponſæ famulatio, ibi (ſurrexi vt aperirem.) Continuetur autem ſic, Tu dilecte mi inuitas me vt habeam curam filiorum, vt à ſtatu contemplationis propter quem dimiſi temporalia, redeam ad ſtatum actionis ſecundũ quem de temporalibus curã haberem. (ſed ego expoliaui me tunica mea) ideſt, dimiſi iſta temporalia, (quomodo induar illa,) ideſt, quomodo reuertar ad habendum iterum curam temporalium? quaſi diceret, graue eſt mihi. (Laui pedes meos) ideſt, affectiones meas, quæ dicuntur pedes, quia ſecundum eas venitur ad te: huiuſmodi affectiones laui, quia nõ ſolum dimiſi temporalia, ſed etiam dimiſi voluntatem habendi ea, (quomodo inquinabo illos?) ideſt, quomodo inquinabo pedes meos .i. affectiones meas volẽdo iterum habere curam temporalium? Deinde cum dicit.

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Ponitur chriſti attractio. Nam licet ſponſa ſe excuſaret, tamen tanta fuit potentia chriſti ꝙ virtute ſua eam attraxit, voluntatem ſuam inclinãdo, vt velit habere curam filiorum. Continuetur ſic, Ego ſponſa me excuſabam ne redirem ad actiuam vitam, (ſed dilectus meus) chriſtus, qui eſt potentiæ infinitæ, (miſit manum ſuam per foramen) ideſt, ꝑ intellectũ, vel affectum: quia intellectus, vel etiam affectus ſunt quaſi quædam foramina, & rimulæ, per quas ad nos chriſtus ingreditur: (& ad tactum eius) ideſt, ad iſtam immiſſionem virtutis, ſecundum quam me chriſtus tetigit, (venter meus) ideſt, mollior pars in me (intremuit) ideſt, præ timore obſtupuit, non audens renuere quod ſponſus vult. Quaſi diceret, tanta fuit virtus chriſti, ꝙ nõ ſolum fortiores partes animæ fuerunt paratę ad obediendum chriſto, ſed etiam debiliores. Deinde cum dicit.

Surrexi, vt aperirem dilecto meo. Manus meæ ſtillauerũt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.

Quia, vt dictum eſt, tanta fuit virtus chriſti, ꝙ totam ſponſam conuertit ad ſuam voluntatem. Ideo hic ponitur ſponſæ confeſſio, & officii ad quod inuitata fuit deuota ſuſceptio .ſ. curæ filiorum. Et quia vt ſuperius tãgebatur ex adminiſtratione filiorum circa exteriora fit diſtractio in mẽte, ideo duo facit: quia primo ponitur ſponſæ famulatio: ſecundo additur mentis diſtractio, ibi (peſſulum oſtii mei.) Continuetur ſic, Ita ſponſus attraxit me, vnde non volens vel valens reſiſtere ei, (ſurrexi) à cõtemplatione, (vt aperirem dilecto meo)

A per prædicationem: & non ſolum aperui ei prædicando verbo, ſed etiam prædicando exemplo. Ideo ſubditur, (manus meæ,) ideſt, operationes meæ (ſtillauerunt myrrham,) ideſt, carnis mortificationem, quæ per myrrham intelligitur, vt ſuperius dictum eſt, inquantũ aliquando exemplo mearum operationum moti, egerũt pœnitentiam mortificando carnẽ ſuam: quia ſic alios debemus inducere ad pœnitentiam, ꝙ etiam nobis pœnitentiam ſeruare debemus. Ideo ſubdit, (& digiti mei pleni myrrha probatiſſima.) quaſi diceret, manus meę ſtillauerunt myrrham: quia alii quaſdam ſtillas, & guttas perceperunt pœnitentiæ meæ, portando in carne ſua: (ſed digiti mei) ideſt, diuerſæ operationes meæ, quæ dicuntur digiti propter diſcretionem, vt gloſſa tangit, remanſerunt (pleni myrrha probatiſſima:) quia excellentiorem pœnitentiam in corpore meo portaui, quàm aliis oſtenderem. Deinde cum dicit.

Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo:
B at ille declinauerat, atque tranſierat,

Narrat ſponſa mentis ſuæ diſtractionem. Et notandum quòd quando homo eſt mente diſtractus, & non poteſt guſtare illam dulcedinem, quam prius ſenſit, debet reuerti ad intima cordis ſui, inquirendo chriſtum, diſcutiendo cogitationes & affectiones: & quia in tali inquiſitione & diſcuſſione occupatur homo aliquãdo vanis & variis cogitationibus quæ dicuntur vigiles ciuitatis, debet hmõi uanas cogitationes abiicere, & chriſtum diligenter inquirere: & ſi non poteſt ipſum per ſe ipſum inuenire, debet aliorum auxilium expoſcere. Secundum hunc ordinem pars iſta diuiditur in partes quatuor. Quia primo ponitur mentis diſtractio. Secũdo additur duplex chriſti inquiſitio, ibi (anima mea.) Tertio innuitur vanarum cogitationum occupatio, ibi, inuenerunt. Quarto ſuffragii inquiſitio, ibi (adiuro vos.) Continuetur ſic, ego ſpõſa poſtquam aperueram oſtium aliis prædicando, & intenta fueram circa alio-
C rum profectum, volui intẽdere profectui meo, redeundo ad ſtatum contemplationis: propter quod aperui dilecto meo, ideſt, chriſto (peſſulũ oſtii mei.) peſſulum dicimus vectem, cum quo oſtium clauditur. Poteſt hoc ſignificare curam temporalium, quam debet prælatus ad tempus remouere à ſe, ut poſſit redire ad contemplationem, aperiẽdo oſtium ſuum chriſto. Verũ quia propter temporalium curam vt plurimum prælatus diſtrahitur ſecundum mentem, & chriſtum non inuenit, ait, (at ille) ideſt, chriſtus (declinauerat, atq; tranſierat:) quia diſtracta in mente, non inueni ſponſum meum chriſtum, vt volebam. Deinde cum dicit.

Anima mea liquefacta eſt ut dilectus locutus eſt. Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.

Ponitur chriſti inquiſitio. Notandum autem ꝙ cum
D à ſtatu actionis quis ad cõtemplationem redit, ſi chriſtum non inuenit vt vult inter cætera quæ ſtimulat ipſum vt chriſtum quærat, eſt memoria priuatæ dulcedinis. Nam cũ homo ſentit ſe aliquando in oratione guſtaſſe diuinam dulcedinem, ſi poſtea ad orationem rediens non poteſt tantam ſentire dulcedinem quantam prius, ex memoria talis dulcedinis ſtimulatur ad diſcutiendum tales ſuas cogitationes & affectiones, utrum ſecundũ eas diſplicuerit chriſto, vt poſſit inuenire cauſam, quare nunc non poſſit ſentire illam dulcedinem, quam prius ſenſerat: ideo ait (anima mea liquefacta eſt) propter dulcedinem contemplationis (vt dilectus locutus eſt) ideſt, quando dilectus in oratione loquebatur mihi, & ego ſibi. Et quia talem liquefactionẽ modò non ſentio, rediens ad conſcientiam chriſtum non inueni: vnde memorata dictæ dulcedinis (quæſiui) chriſtum, diſcutiendo cogitationes intellectus: (& non in-

ueni

ueni illum : vocaui eum)per deſideria affectus,(& non A reſpondit mihi.) Deinde cum dicit.

Inuenerunt me cuſtodes, qui circuierunt ciuitatem. Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me : tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.

Poſtquàm narrauit chriſti inquiſitionem, & non inuentionem: narrat variarum cogitationum occupationem. Ad cuius euidentiam notandum eccleſiā primitiuam habuiſſe aliquo modo maiores turbationes, & aliquo modo minores, quàm moderna. Nam quantum ad perſecutionē plus turbabatur illa quàm iſta: quia modò ceſſauerunt ſeuities tyrannorū. Sed quantum ad diſtractionem plus turbatur iſta quàm illa: q̄a modo eccl'ia maximis diuitiis eſt dotata, ideo plus diſtrahitur interius propter curam temporalium q̄ diſtracta fuerit primitiua eccleſia. Ideo ſuperius quando B narrabatur diſtractio eccleſiæ primitiuæ ſimpl'r dicebatur ꝙ in lectulo ſuo quæſiuit chriſtum. Hic autē dictum eſt(peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo:) quia ad literam curæ temporalium faciunt quoddam obſtaculum, & peſſulum in oſtio mentis, qd oportet amouere, ſi chriſtum inuenire volumus. Rurſum ibi dicebatur,(quæſiui illum, & non inueni.) Hic autem dicitur ꝙ ſponſus declinauit atq; tranſiuit, & ꝙ quæſiuit, & non inuenit, vocauit eum, & non reſpondit. In quo oſtendit ſe eccleſia moderna eſſe magis elongatam à chriſto, quàm fuerit primitiua. Tertio, ibi dicebatur ſimpliciter ꝙ inuenerunt ſpōſam vigiles qui cuſtodiebant ciuitatem. Hic autem dicitur (inuenerunt me cuſtodes, qui circuierunt ciuitatem.) inuenerunt me variæ cogitationes. hmōi variæ cogitationes (percuſſerunt me, vulnerauerunt me, & tulerunt palliū meum mihi,) quæ cogitationes ſunt(cuſtodes murorum.) In quo oſtendit moderna eccleſia ſe magis inuolui vanis cogitationibus, quàm fuerit primitiua: quod etiā deſi- C gnatur, quia primitiua eccleſia per ſeipſam iueniebat: vnde dicebat(paululum cum pertranſiſſem eos inueni quem diligit anima mea.) Hic autē eccleſia moderna vt poſſit chriſtū inuenire expoſcit auxilium filiorum, cum dicit (adiuro vos filiæ hieruſalem.) Notandum autem bene, ꝙ cogitationes ſiue vigiles ciuitatis nos percutiunt, quando eis damus aditum: nos vulnerant, quādo in eis delectamur: ſed nobis accipiunt pallium expoliando nos virtutibus & donis, quando eis conſentimus. Deinde cum dicit.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei; Quia amore langueo.

Sponſa vt poſſit inuenire chriſtū, expoſcit auxiliū filiarum: hæc autem petitio eſt ad profectum eccleſię, & ad profectum filiarū. Ad profectum eccleſiæ inquantum propter preces filiarum ſponſus aliqua bona largitur eccleſiæ. Ad profectum filiarū eſt, quia propter D adiurationem matris mouentur filię vt ardentius chriſtum quærant. Ideo duo facit: quia primo ponitur huiuſmodi adiuratio: ſecundo ſubiungitur ardentior filiarum inquiſitio, ibi (qualis eſt dilectus tuus.) Continuetur ſic, O filię hieruſalem, quia propter uos cām veſtram ſuſcepi, ex qua cura, diſtracta conſcientia, quæſiui chriſtum ſponſum meum, & non inueni : ideo(adiuro uos,) obſecro vos,) ſi inueneritis dilectum meū,) quia forte in orationibus veſtris loquitur vobis) quia non eſtis tantum intentæ exterioribus : qui nō loquitur mihi, eo quod ſum magis intenta vobis. ſi ergo cōtingat hoc, rogo (vt nuncietis ei, quia amore lāgueo) ideſt, propter amorem deficio: volo in amorē eius rapi, & dulcedinem contemplationis eius ſentire, & non valeo, ſed deficio.

LECTIO. XII.

QVAlis eſt dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum?

In parte iſta ponitur filiarum ardens inquiſitio. Et diuiditur pars iſta in partes duas: quia primo filiæ hieruſalem inquirūt à matre ſua. i. ab eccleſia, qualis ſit chriſtus ſpōſus eius, vt cognoſcant eius bonitatem : ſecundo quærunt vbi ſit, vt habeant eius ſocietatem, ibi (Quo abiit dilectus tuus.) Habent autem ſe hæ duæ quæſtiones per ordinem: quia prius eſt cognoſcere quare aliquid ſit, vt cognoſcens eius bonitatem eam deſideret, eius deſiderio motus: ſecūdo quærit vbi ſit eius bonitas, vt eam adipiſci valeat. Prima pars diuiditur in partes tres. Quia primo quærit qualis ſit chriſtus ſecundum diuinitatē, ibi (qualis eſt dilectus tuus ex dilecto.) Secūdo quęrit qualis eſt chriſtus ſecundum humanitatem, ibi (qualis eſt dilectus tuus.) Tertio aſſignat rationē quæſtionum factarum, ibi (quia ſic adiuraſti nos.) Continuetur ſic, ò ſponſa chriſti (ò pulcherrima mulierum,)qualis eſt dilectus tuus ex dilecto.) Nam pater nō eſt dilectus ex dilecto, quia à nullo: ſpiritus ſanctus eſt dilectus ex dilectis, quia à pluribus vt a patre & filio: ſolus autem filius eſt dilectus ex dilecto. Deinde cum dicit.

Qualis eſt dilectus tuus.

Quærit qualis eſt chriſtus ſecundum humanitatem: vnde non addit ibi (ex dilecto.) quia ſicut naſcendo ſecundum diuinam naturam eſt ſine matre : ſic quodā modo naſcendo ſecūdum humanam naturam eſt ſine patre. Nam cum filius debeat eſſe ſimilis patri in natura: cum nullus homo fuerit pater chriſti, dicere poſſumus aliquo modo chriſtum ſecundum ꝙ homo nō habuiſſe patrem. Deinde cum dicit.

Quia ſic adiuraſti nos?

Aſſignat cauſam dictarum quæſtionum. Continuetur ſic, Ideo quærimus qualis ſit dilectus tuus vel ſponſus ſecundum diuinitatem: & qualis ſit ſecundū humanitatem, quia tu mouiſti deſiderium noſtrum ad hoc : quia ſicut adiuraſti nos, ſic nos obſecraſti. Deinde cum dicit.

Dilectus meus candidus & rubicūdus, electus ex millibus.

Ponitur ſpōſæ rñſio, in qua facit quatuor. Quia primo oſtendit qualis ſit chriſtus ſecundum diuinitatem. Secundo qualis ſit ſecundum humanitatē, ibi (caput eius aureum.) Tertio qualis ſit ſecundum utrūq;, ibi (ſpecies eius ut libani.(Quarto epilogat dicta ibi (talis eſt dilectus meus.) Declarat ergo primo qualis ſit chriſtus ſecundū diuinitatem. Chriſtus enim ſecūdum diuinitatem tripl'r poteſt conſiderari vel declarari. Primo in comparatione ad patrem: ſecundo in cōparatione ad ſpiritum ſanctum : tertio in comparatione ad nos. Prout autem comparatur ad patrem, eſt genitus ab eo, & procedit per modum intellectus, & dicitur lux & candor: & quantū ad hoc ait(dilectus meus candidus.) prout vero comparatur ad ſpūm ſanctum, ſic ſpirat ignem amoris: & quantum ad hoc ſubdit (& rubicundus) amore charitatis, & amoris procedentis ab ipſo. Prout vero comparatur ad nos, ipſe eſt filius naturalis, nos autem adoptiui : ideo ſubdit (electus ex millibus. Deinde cum dicit.

Caput eius aurum optimum.

Oſtendit qualis ſit chriſtus ſecundum humanitatem: & duo facit. Quia primo oſtendit qualis ſit chriſtus in

ſe: ſecundo qualis ſit in ſuis membris, ibi (comæ eius.) Chriſtus autem ſecundum humanitatem eſt caput noſtrum, quia caput debet eſſe eiuſdem naturæ cum mẽbris: quod non competit chriſto ſecundũ diuinitatẽ, ſed ſecundum humanitatem. Hoc autem caput eſt aureum optimum, quia contagione peccati nõ fuit maculatum. nam in omnes ſecundum communem legem naſcentes tranſit originale peccatũ præterq̃ in chriſtum, qui non cõmuni lege concupiſcentię, ſed de virgine ſpiritu ſancto conceptus eſt, & natus. Dinde cum dicit.

Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus.

Declarat qualis ſit chriſtus ſecũdum membra eius. Membra autem chriſti dupl'r poſſunt diuidi. ſ. ſecundũ materiam doctrinæ, & vitæ. Duo ergo facit. Nam primo declarat membra chriſti ratione doctrinæ: ſecũdo ratione diuerſitatis vitæ, ibi (manus eius.) Differentia autem doctrinæ in membris chriſti eſt quadruplex. q̃a primo ſunt apoſtoli: ſecũdo prophetę qui magis pro- B cul viderunt chriſtum quàm apoſtoli: tertio ſunt doctores qui accipientes dicta apoſtolorum & prophetarum docent: quarto & vltimo ſunt prędicatores, qui vt audiunt à doctoribus ſic referũt populo. Quatuor ergo facit: quia primo declarat qualeſ ſunt apoſtoli, ibi (Comę eius) Secundo, quales ſunt prophetę, ibi (oculi eius.) Tertio, quales ſunt doctores, ibi (genę illius.) Quarto, quales ſunt prędicatores, ibi (labia eius) Dicit ergo primo (comæ eius) ideſt, apoſtoli, qui dicũtur comæ vel capilli, quia immediate adhęſerunt chriſto capiti, (ſicut elatæ palmarum:) quia erectæ ſunt ſuperius huiuſmodi comæ, ideſt, apoſtoli, ſicut palmę: vñ ſunt ad modum elatæ palmarum. vel Elatę palmarũ, ſunt quædam arbores ad modum palmarum, & ſunt aromaticæ: & ſignificant apoſtolos propter odorẽ bonæ famæ. Vnde alia translatio, vt dicit gloſſa, habet (crines eius abietes.) ita q̀ per abietes intelligamus arbores aromaticas, non illas vnde ædificia fiunt. Et ad- C dit quòd huiuſmodi comæ ſunt (nigrę quaſi coruus.) quod poteſt eſſe dictum ratione perſecutionis, quam paſſa fuit eccleſia tempore apoſtolorum. Deinde cum dicit.

Oculi eius ſicut columbæ, ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.

Oſtendit quales ſunt prophetæ qui dicuntur oculi ratione viſionis: iuxta illud. 1. Regum. 9. Qui enim dr̃ propheta hodie, olim dicebatur vidẽs. Hi (oculi) ſunt (columbæ ſuper riuos aquarum) propter ænigmaticam cognitionem. Nam ſicut columbæ iuxta fluenta aquarum vident in aquis ſpeciem ancipitris venientis: ſic prophetæ in aquis per ænigmata videbant inſidias diaboli, & præcauenda populo annunciabant. Addit autem q̀ hę (columbæ ſunt lotæ lacte) propter mũ- D ditiam. Nam licet cognitio prophetarum eſſet ænigmatica, erat tamen munda ab omni cogitatione erroris: & ſubdit (et reſident iuxta fluenta pleniſſima) rõne reuelationis. Quod enim viderũt prophetæ, habuerunt per inſpirationem diuinam, in quo ſunt fluenta pleniſſima ſcripturarum. Deinde cum dicit.

Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis.

Oſtendit quales ſunt doctores dicens (Genæ illius) ideſt, doctores qui ſunt genę maſticantes cibum doctrinæ. hę autem genę ſunt (ſicut areolæ) ideſt, paruę areę (aromatum:) quia in doctoribus quaſi in quibuſdam paruis areis ſcripturarum aromata triturantur, & conſtringuntur: inquantum doctores ea quæ ſunt in ſacro canone, quaſi in magna area, docent alios ſecundum modum eis proportionatum: & hm̃õi paruę areę ſunt

A ſtructæ ſiue (conſitæ) .i. conſtitutæ & ordinatæ (à pigmentariis) ideſt, à prophetis & apoſtolis, à quibus accipientes doctrinam, alios docent. Dicuntur aũt apoſtoli & prophetæ pigmentarii rõne plenitudinis ſcientiarum. Deinde cum dicit.

Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.

Oſtendit quales ſunt p̃dicatores, dicens (Labia eius) ideſt, prędicatores qui ſunt labia referentia quæ à doctoribus audierunt. hęc (labia) ſunt (diſtillantia myrrham) ideſt, prædicantia voluntariam paupertatẽ vel voluntariam pœnitentiam, quæ dicitur myrrha rõne amaritudinis. & dicit (myrrham primã:) quia ad literam ex arbuſta myrrhæ fluit quædam gutta uel quidã liquor ſpõte, & huiuſmodi liquor dicitur prima myrrha, & ſignificat pœnitentiam voluntariam. Et poſtq̃ deſiſtit talis liquor fluere à dicta arbuſta, inciditur, & fluit inde ratione inciſionis alius liquor, qui dr̃ myrrha ſecunda, quæ non eſt adeo electa. Deinde cũ dicit.

B

Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.

Declarat membra chriſti vt diſtinguuntur ſecũdum veritatem vitæ: quod eſt tripliciter. quia quidam ſunt actiui, quidam contemplatiui, quidam vero habent vtrãq; uitam, vt prælati. Ideo tria facit. Primo deſcribit actiuos. ſecũdo contemplatiuos, ibi (vẽter eius.) tertio prę́latos, ibi (crura illius.) Dicit ergo prĩo (manus eius) ideſt, actiui, qui dicũtur manus, quę ſunt principale inſtrumentum ad agendum, vel operandum: & ſunt (tornatiles) ad operandum faciliter bona, rotũdum enim eſt facile mobile: & ſunt aureæ, quia nõ ſufficit ut ea fiant quę ſunt de genere bonorum, niſi fiant ex habitu charitatis, quę deſignatur per aurum quod habet colorem rubeum & ignitum. Rurſum hę (manus ſunt plenæ hyacinthis) propter rectam intentionem, quæ requiritur ad quodlibet opus bonũ. Hyacinthus enim eſt lapis precioſus habens colorem cœleſtem, & C ſignificat rectitudinem intentionis, quia ſurſum ad cęlum Trinitatis debemus intentionem noſtram erigere in quolibet bono opere. Deinde cum dicit

Vẽter eius eburneus, diſtinctus ſaphiris.

Oſtendit quales ſunt contemplatiui, dicens (venter eius) ideſt, contemplatiui, qui ſunt venter plenus ſpirituali cibo, quia ipſe potiſſimè repletus ſpũali dulcedine. hic enim (venter eſt eberneus) ratione mũditiæ, quia ipſi maxime ſunt ſeparati à terrenis coinquinationibus hominum. Et huiuſmodi venter eſt (diſtinctus) ideſt, artificialiter cęlatus, (ſaphiris,) propter diuinam adhęſionem. Saphyrus eſt enim lapis precioſus habens colorem cœleſtem, ſicut hyacinthus: quod maxime & potiſſime competit contemplatiuis. igitur maxime adhęrent ſupremo cibo. Deinde cum dicit.

Crura illius columnæ marmoreæ, quæ D fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.

Declarat quales ſunt prælati, dicens (Crura illius.) ideſt, prę́lati, qui dicuntur crura, quia alios portant. hæc (crura) ſunt (columnæ) propter rectitudinem. ſunt (marmoreæ) propter firmitatem. (ſunt fundatæ ſuper baſes aureas) propter charitatem. vnde ſi inueniantur prę́lati carentes iſtis, magis ſunt crura diaboli, q̃ ſint crura chriſti. Deinde cum dicit.

Species eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Hieruſalem.

Oſtendit qualis ſit chriſtus ſecundum humanitatem & diuinitatem ſimul. & tangit tria quæ competunt ei ſecũdum vtrãq; naturam. Primum eſt ſpecioſitas: nam

inquantum

Digitized by Google

Pſal. 42. inquantum homo eſt ſpecioſus, iuxta illud Pſal. Specioſus forma præ filiis hominum. Inquantum deus eſt ſpecioſus: quia eſt ſplendor gloriæ, Heb. 1. & quia eſt vera ſapientia, de qua Sap. 7. Eſt ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionem. Secũdum, quod competit ei, eſt incorruptibilitas, & hoc etiã vt eſt ho-
Pſal. 15. mo, iuxta illud Pſal. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. & inquantum deus etiam vt eſt vera ſapientia, Sap. 6. Clara enim & nunquam marceſcit ſapientia. Tertium, quod competit ei ſecundum humanitatem & diuinitatẽ, eſt dulcedo & ſuauitas: quia homo in cœleſti patria ingredietur contemplando diuinitatem, & egredietur contemplando chriſti humanitatem, & vtrobiq; paſcua inueniet. i. plenam ſuauitatis refectionem. Hæc autem tria tanguntur in parte iſta. Nam ſpecioſitas tangitur, cum dicitur (ſpecies eius ut libani) idest, pulchritudo eius clara & lucida. Incorruptibilitas cum ſubiũgitur (electus vt cedri.) Cedrus enim dicitur arbor imputribilis. Suauitas autem manifeſtatur, cum ſubinfertur (guttur illius ſuauiſſimum) B idest, dulcedo eius ſuauiſſima. ideo additur ꝙ eſt (totus deſiderabilis) ſecundum humanitatem & diuinitatem. Et concludit (talis eſt dilectus meus) ad ſe attrahens amorem meum: (& ipſe eſt amicus meus) impartiens mihi amorem ſuum.

LECTIO. XIII.

QVO abiit dilectus tuus ò pulcherrima mulierũ? quo declinauit dilectus tuus? & quæremus cũ tecum?

Poſtquàm quæſierunt C filiæ Hieruſalem qualis eſſet dilectus eccleſiæ vt eum cognoſcerent: hic quærunt vbi ſit ut eius habeãt ſocietatem. Diuiditur autẽ hæc pars in duas. quia primo ponitur dicta quæſtio: ſecundo ſubiungitur ſponſæ reſponſio, ibi (dilectus meus deſcendit.) Circa primum, notandum quòd chriſtus ſecundum diuinitatem abit & leuatur a nobis: ſecundũ vero humanitatẽ deſcẽdit & declinat ad nos. In prima ergo parte tria tanguntur. quia primo quæritur vbi ſit chriſtus ſecũdum diuinitatem. Secundo quæritur vbi ſit ſecundũ humanitatem, cum dicit, (quo declinauit dilectus tuus.) Tertio aſſignatur vtriuſq; ratio, cum ſubinfertur, (& quæremus eum tecum.) quaſi dicat, ob hoc volumus ſcire vbi ſit, vt habeamus eius ſocietatem. Deinde cum dicit.

Dilectus meus deſcẽdit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt ibi paſcatur in hortis, & lilia colligat.

Ponitur ſponſæ reſponſio. Ad cuius euidentiam no- D tandum ꝙ Vbi cuiuslibet rei acceptum proprie, non competit ei ſecundum naturam inquãtum hmõi: nam natura, vt natura eſt, non habet Vbi, nec ꝙ ſit in loco: ſed ſi Vbi accipiatur large, ſic vbi cuiuslibet naturæ ſunt propria principia diffinientia ipſam. dicuntur. n. talia ipſum vbi naturæ, quia ſicut nihil eſt de re extra ſuum vbi, ſic nihil eſt de re extra ſua principia. Sed accipiendo ipſum chriſtum ſecundum diuinitatem non clauditur aliquo Vbi, quia natura eius diuina eſt infinita nullis limitibus circũſcripta. Secundum humanitatem vero cõpetit ſibi aliquod Vbi, cum eius humanitas ſit finita, & intra principia ſuæ ſpeciei ſit clauſa. Et ideo ſponſa non rñdet ad quæſtionem illam, Quò abiit dilectus tuus, ubi quęritur de diuinitate. Sed re- A ſpondet ad illam qua dicitur, quò declinauit, vel quò deſcendit dilectus tuus, vbi quærebatur de eius humanitate. In dando autem ſuam rñſionem tria facit. quia primo dat ſuam rñſionem. Secundo ſubiũgit rationis rñſionem, ibi (ut paſcatur.) Tertio oſtendit ſe ad chriſtum habere veram dilectionem, ibi (ego dilecto meo.) Continuetur ſic, Vos filiæ Hieruſalem quęſiuiſtis à me quò abiit dilectus meus. quæſiuiſtis etiam a me quò deſcendit. ad quæſtionem primam non rñdeo, quia non poſſum. ad ſecundam quæſtionem rñdens, dico ꝙ (dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum). i. deſcendit in eccleſiam, quę eſt hortus ſuus, ad areolam. i. ad beatam Virginem, quę fuit area plena aromatibus virtutum & donorum, aſſumendo carnem in ipſa, ſecundum quam carnem conuerſatus eſt mecum, quę ſum hortus in eccleſia ſua. Deinde ſubiungit rationis rñſionem cũ dicit, (vt paſcatur in hortis) idest, vt delectetur in bonis operibus nr̃is, vt dicit glo. nos ad bonum promouendo (& colligat lilia) idest, ele- B ctos, ad ſuum beneplacitum congregando. Deinde cum dicit.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.

Oſtendit ſe veram dilectionem habere ad chriſtũ, dicens, (ego dilecto meo). ſ. locum receptionis ego pręparo in me, vt glo. ſupplet: & dilectus meus mihi (præparat apud ſe locum receptionis meæ, ut ille (qui paſcitur inter lilia) idest, inter mũda deſideria, ſit in me, & ego in eo. In quo oſtendit ſe ad chriſtum verã habere dilectionem: & chriſtus veram, ad eam: quia qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. 1. Ioan. 4. Deinde cum dicit.

Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Hieruſalem.

Determinat de eccleſiæ vnitate, vel remouet quandã quæſtionem quæ poſſet oriri ex prædictis. Dictum eſt C enim in eccleſia eſſe diuerſos ſtatus, quia aliqui ſũt incipientes, aliqui proficientes, aliqui perfecti. Rurſum dictum eſt quod ad eundem ſtatum multa requiruntur: quia ſecundum quẽlibet ſtatum, eſt dare aliqualẽ pulchritudinem ſubſtantiæ, virtutis, & operationis. Et in operationibus, maxime eſt dare multiplicem diuerſitatem. & quia tanta diuerſitas eſt in eccleſia, vult chriſtus oſtendere ſuam ſponſam eſſe vnam, cuius vnitas propter talem diuerſitatem non tollitur. Et duo facit: quia primo repetit ea quæ in eccleſia videntur facere diuerſitatem: ſecundo oſtendit hoc non impedire eccleſiæ vnitatem, ibi (vna eſt columba mea.) Prima pars diuiditur in duas, ſecundum quod duo videntur impedire eccleſiæ vnitatem: videlicet, diuerſitas eorum quæ requiruntur ad quẽlibet ſtatum: ſecundo diuerſitas ipſorum ſtatuum, ibi (ſexaginta ſunt reginæ.) Prima pars diuiditur in partes tres, ſecũdum ꝙ ad quelibet ſtatum tria requiruntur. ſ. pulchritudo ſubſtantiæ, virtutis, & operationis. Et hæc omnia quodãmodo ſunt tacta ſuperius. Ideo reiterare iſta eſt quodammodo repetere D quę ſuperius fuerũt tacta. Primo ergo narrat pulchritudinem quam requirit eccleſia quantum ad ſubſtantiam. Secundo quantum ad virtutem, ibi (terribilis ut caſtrorum.) Tertio quantum ad operationem, ibi (capilli.) Dicit ergo (pulchra es amica mea,) quantũ ad ſubſtantiam exteriorem, (ſuauis & decora ſicut Hieruſalem (idest, ſicut eccleſia primitiua, quantum ad ſubſtantiam interiorem: quia illa eccleſia formoſa & pulchra erat interius, licet nigra eſſet exterius propter perſecutionem. Nunc autem ceſſauit perſecutio, & ideirco exterius eſt pulchra. Deinde cum dicit.

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt.

Digitized by Google

Oſtendit eam habere pulchritudinem, quantum ad virtutem. Et quia pulchritudo eſt per diuinas inſpirationes, ideo dicit tollendas eſſe rõnes, quod facit, ibi, (Auerte oculos tuos.) Dicit ergo quod eccleſia propter magnitudinem & excellẽtem pulchritudinem eſt terribilis vt ordinata acies caſtrorum, quę aduerſarios non timet propter potentiam quam habet ex diuino auxilio, & eius inſpiratione. Deinde cum dicit, (auerte oculos tuos) ideſt, tolle rationes ſecundũ quas vis me inquirere: quia (ipſi oculi) ideſt, rationes tuæ (fecerunt me auolare,) eo quòd deficiant ipſæ rationes ab inquiſitione mea: quod cõcordat cum eo quod habetur in Pſalmo, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus: quia quanto deum per rationes naturales inueſtigare volumus, tanto magis recedit a nobis. Bonæ autem ſunt rationes ad fidem defendendam. Ad fidem autem probandam ſunt tollendæ. Quòd ergo ſumus terribiles ad fidem aſtruendam & defendendam per ſapientiam diuinam & miracula, hoc habemus ex gratia & inſpiratione diuina, pręcipuè. Deinde cum dicit.

Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

Narrat primo pulchritudinem quam habet ex operationibus affectus: ſecundo quam habet ex operationibus intellectus, ibi (ſicut cortex.) Dicit ergo (capilli tui) ideſt, affectiones tuæ ſunt (ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt) vel (deſcenderũt de Galaad.) exponatur vt ſuperius eſt expoſitum. Deinde cũ dicit.

Dentes tui ſicut greges ouiũ: quæ aſcenderũt de lauacro, omnes gemellis fœtibus & ſterilis non eſt in eis.

Narrat pulchritudinem ex parte operationum intellectiuarum, dicens, (tui dentes) ſunt (ſicut greges ouium) ſupple, tonſarum, (quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.) hoc etiam expoſitum eſt ſuperius. Deinde cum dicit.

Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſq; occultis tuis.

Repetit pulchritudinem operũ, dicens, (genę tuę) ideſt operationes exteriores, ſunt (ſicut cortex mali punici,) continens mala rubea, ideſt, feruorem charitatis (abſq; occultis tuis) ideſt, abſq; eo quod intrinſecus latet. Quia non ſolum es pulchra quantum ad exteriora, ſed etiam quantum ad interiora. Deinde cũ dicit.

Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta cõcubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.

Narrat diuerſitatem eccleſiæ ex parte ſtatus. Status autem diuerſitatis poteſt multipliciter accipi. Primo ex diuerſitate contemplationis & ſic diſtinguitur: quia quidam ſunt incipientes, quidam proficientes, quidam perfecti. Vel ex parte vitę, quia quidã ſunt actiui, quidam cõtemplatiui. Vel ex parte fructus: quia quidam faciunt fructum centeſimum vt virgines, quidam ſexageſimum vt viduæ, quidam treceſimum vt coniugatę. Et hanc diuerſitatem deſcribit: ideo ait (reginæ) hoc eſt, virgines quæ optime ſe rexerunt, (ſunt ſexaginta) ideſt, in numero paruo & excellenti. Sexaginta, cũ hoc quod eſt numerus paruus, eſt tamen numerus ſupabundans: quia partes eius ſimul ſumptæ reddũt pluſquam totum: & deſignant ſtatum virginalem, quia virgines comparatiue ſunt paucæ, & in fructu excellunt alios. (Concubinæ autem) ideſt, viduæ, quæ dicuntur cõcubinæ, quia habuerunt aliquando virum alium, quàm chriſtum. hæ autem (concubinæ ſunt octoginta,) qui eſt numerus maior quantitate ſexaginta, & minor virtute; quia non eſt numerus ita ſuperabundans, ſi cõ-

A ſiderentur eius partes aliquotæ: & deſignat ſtatum vidualẽ, in quo ſunt plures, quàm in ſtatu virginali, ſed non faciunt tantum fructum. (adoleſcentularum) ideſt, imperfectorum, ſiue viuentium in ſtatu coniugali, (non eſt numerus) quia tales quantitate excellunt alios, ſed virtute deficiunt ab eis. Poteſt autem per ea quæ dicta ſunt diuerſitas eccleſiæ aliter aſſignari: ſed de hoc nihil ad præſens, quia continuationem excluderemus. Deinde cum dicit.

Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.

Oſtendit iſta non impedire eccleſię vnitatem: & duo facit, ſecundum quòd duo variata ſunt, quæ videntur impedire huiuſmodi vnitatem. Primo enim oſtendit quòd huiuſmodi vnitas non impeditur ex diuerſitate eorum quæ requiruntur ad quemlibet ſtatum: ſecũdo quòd non impedit eam diuerſitas ſtatus, ibi (viderunt eam.) Propter primum, notandum quòd eccleſia vni- B uerſalis eſt quadrupliciter vnita. Primo in fide: q̃a vna eſt fides omnium. Secundo in charitate: quia vnũ vinculum amoris oẽs qui ſunt in eccleſia connectit. Tertio in gratia quæ poteſt dici mater noſtra: quia ab ea habemus eſſe ſpirituale. Quarto vnitur eccleſia ĩ fine: quia omnes tendimus ad cœleſtem Hieruſalem, quæ poteſt dici genitrix noſtra: quia eam imitari debemus, vt filiæ imitantur genitricem ſuam. Continuetur ſic, Habitum eſt quòd tanta diuerſitas eſt in eccleſia, quia in quolibet ſtatu ĩ tota vniuerſali eccleſia, eſt dare pulchritudinem ſubſtantiæ, virtutis, & operationis: & eſt dare tantam diuerſitatem operum: non tamẽ propter hoc tollitur eccleſiæ vnitas: quia omnia iſta vniuntur per fidem, vniuntur in charitate, in gratia, in fine. Et ſi per hæc vniuntur ea quæ ſunt diuerſarum perſonarũ: multo magis vniuntur ſubſtantia, virtus, & operatio, quæ ad vnam perſonam pertinere poſſunt. Et hoc eſt quod ait, (vna eſt columba) propter fidei vnitatem, quæ deſignatur in columba, quæ eſt animal ſimplex, ſic fides eccleſiæ ſimplex eſt ſine plica erroris, & etiam C quia ſimpliciter adhæremus iis quæ ſunt fidei, cum eis non adhæreamus propter fidei diſcurſum. & ſubditur (vna eſt perfecta mea) propter charitatem, quia charitas eſt vinculum perfectionis. & addit (vna eſt matri ſuæ) ratione gratiæ, à qua ſicut a matre habemus eſſe ſpirituale: (electa genitricis ſuæ) propter vnitatem finis: quia ſubſtantiam noſtram, virtutem & operationem, & totum q̃d eſt in nobis, eſt ſecundum menſuram fidei: & ordinem charitatis, & perfectionẽ gratię ordinare debemus ad illam cœleſtem Hieruſalem, quam quaſi genitricem imitari debemus. Deinde cum dicit.

Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ laudauerunt eam.

Poſtquàm oſtendit vnitatem eccleſiæ non impediri propter diuerſitatem ſubſtantiæ, virtutis, & operationum, concurrentium ad quemlibet ſtatum, & exiſten- D tium in qualibet perſona & in quolibet membro eccleſiæ: hic oſtendit huiuſmodi vnitatem non impediri propter diuerſitatem ſtatuum vel etiam perſonarum. & hoc ſic, Nam extra eccleſiam in nullo ſtatu eſt ſalus, vt aliqua perſona ſaluetur niſi intra vnitatem eccleſiæ: ideo reginæ, & concubinæ, filiæ vel adoleſcentulæ, & omnes qui ſunt in eccleſia, cuiuslibet ſtatus, cuiuſcunq; conditionis exiſtant, intantum ſaluantur, inquantũ laudant, & approbãt, & beatiſſimã prędicant vnam catholicam eccleſiam fide & charitate vnitam: & ideo licet diuerſi ſtatus ſint, vna tamen eſt eccleſia, in qua omnes iſti ſtatus ſaluantur. hoc eſt ergo quod ait (filiæ vel adoleſcentulæ viderunt eam) ideſt, viderunt eccleſiam fide & charitate vnitam, & beatiſſi-

mam

A mam prædicauerunt eam,) approbando huiuſmodi vnitatem: ſic etiam (reginę & concubinæ laudauerũt eam) ideſt, vnitatem eius. Per filias autem, & concubinas & reginas intelliguntur diuerſi ſtatus eccleſiæ, requirentes diuerſitatem perſonarũ, vt ſuperius fuit expoſitum. Deinde cum dicit.

Quæ eſt iſta, quæ progreditur vt aurora conſurgens: pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?

Finit tractatum eccleſiæ modernæ in laude eius, dicens (quæ eſt iſta, quæ progreditur vt aurora conſurgens.) Nam eccleſia primitiua aſcendebat per deſertum vt virgula fumi, propter perſecutionem tyrannorum: eccleſia vero moderna progreditur (vt aurora conſurgens:) quia ceſſauit pſecutio, & appropinquauit dies, & hæc eccleſia (eſt pulchra vt luna) propter fidem: quia quę fide cognoſcimus, videmus quaſi in lumine lunæ, quia ea non clare apprehendimus: eſt (electa vt ſol) ratione ſpei, ſecundum quam eleuatur ad deſiderium cœleſtis Hieruſalem: quæ ratione claritatis poteſt dici ſol. Eſt (terribilis vt ordinata acies caſtrorum) propter charitatem, quam habentes terremus diabolum: quia vnitatem & pacem tenemus in terris, & deo humiliter ſubiecti ſumus, qđ ipſe renuit tenere in cœlis.

B

LECTIO. XIIII.

DEſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.

C Vt dictum fuit ſuperius, totus iſte liber diuiditur in partes tres, ſecundum tres ſtatus eccleſiæ: executis duabus partibus, reſtat exequi de tertio ſtatu, vt de ſtatu vltimæ eccleſię. Et quia in primo ſtatu fracti fuerunt rami, quia Iudæi communiter deſeruerunt chriſtum: in ſecũdo ſtatu, vt in moderna eccleſia plenitudo intrauit gentium: ſed in tertio ſtatu, in vltimis ſeculis omnis Iſrael ſaluus erit, vt ſuperius tactum eſt. Determinare ergo de vltimo ſtatu eccleſiæ eſt determinare de conuerſione Iudęorum vel ſynagogæ. Diuiditur autem hæc pars in partes duas: quia primo determinatur de conuerſione ſynagogæ: ſecundo inuitatur eccleſia, vt curam habeat de ſynagoga iam conuerſa, ibi (ſub arbore malo.) Prima pars diuiditur in duas. Nam ſicut determinabatur de ſtatu eccleſiæ primitiuæ quòd primo deſcribebatur ſtatus eius, & poſtea finiebatur tractatus ille in laude eius cũ dicebatur (quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum.) D Et ſimiliter cum tractabatur de eccleſia moderna primo deſcribebatur ſtatus eius, & poſtea terminabatur in eius laude vbi dictum eſt (quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora.) Sic modo, primo deſcribitur cõuerſio ſynagogæ: ſecundo terminatur iſte tractatus de conuerſione ipſius in laudem eius, ibi (quæ eſt iſta quę deſcendit de deſerto.) Pria pars diuiditur in tres partes: quia primo chriſtus ad cognoſcendam ſuam incarnationem ſynagogam excitat. Secundo ſynagoga excitata per chriſtum per ignorátiam ſe excuſat, ibi (Neſciuit anima mea.) Tertio chriſtus ſynagogam, ignorantiam cognoſcentem, ad miſericordiá reuocat, ibi. (Reuertere reuertere.) Circa primum, notandum ꝙ ſicut terminato ſtatu eccleſiæ primitiuæ incipiebatur; ſtatus modernæ eccleſiæ a quiete, cum dicebatur (En lectulum Salomonis.) vt daretur intelligi ꝙ iam ceſſauerat perſecutio. Sic modò cum determinatur de conuerſione Iudæorum, incipit tractatus a deſcenſu, cum dicitur (deſcendi in hortum meum:) quia ſpeciali modo chriſtus deſcendit propter Iudęos, iuxta illud, Non ſum miſſus niſi ad oues &c. Continuetur ſic, O ſynagoga tu totiens petiſti vt deſcenderem, & ſaluarem te. Certe ego (deſcendi in hortum meum) ideſt, in eccleſiam meam, vel etiam in te, quæ eras hortus meus aſſumendo carnem. Et hoc feci, vt oculo miſericordiæ viderem (poma conuallium) ideſt, ſtatum actiuorum, qui dicuntur poma cõuallium quæ ſunt in infimo ſtatu. Et inſpicerem oculo pietatis (ſi floruiſſet vinea). i. ſi floruiſſent contemplatiui qui dicuntur flores vineæ propter odorem bonarum orationum. & (viderem ſi germinaſſent mala punica) ideſt, prælati, qui dicuntur mala punica, quia vtráq; vitam habere debent contẽplatiuam, & actiuam. Ideo deſignantur per mala punica, quæ interius habent grana rubea deſignantia ſer- B uorem vitæ contemplatiuæ. Exterius vero habẽt corticem aſperum deſignantem turbationem vitæ actiuę. Sic ergo deſcendi vt omnium ſtatum inſpicerem, & te ſecundum ſtatum omnium iuuarem, & adunarem, ni præbuiſſes obicem. Deinde cum dicit.

Matth. 15.

Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.

Synagoga per ignorantiam ſe excuſat. Et cõtinuetur ſic, Tu domine mi ſaluator meus dicis te deſcẽdiſſe, & carnem aſſumpſiſſe, vt me iuuares. (Neſciui). i. ignoraui ꝙ tu eſſes ille qui venturus erat: nunquam enim te crucifixiſſem, ſi te deũ gloriæ crediđiſſem. Cauſa autem quia excęcata fui, extitit, quia (anima mea) ideſt, animalitas & ſenſualitas mea, ſiue plebs mea (conturbauit me,) non aſſentiendo monitionibus tuis. Et hoc (propter quadrigas Aminadab). i. propter ſcribas, & pharisęos perſuadentes plebi, vt non crederem tibi, ſed te crucifigerem. Scribæ enim & phariſæi dice- C bantur quadrigæ, quia populum portabant & ducebant. Et hæ quadrigæ Aminadab, quod interpretatur populus meus ſpontaneus, quia ſecundum volũtatem eorum populum ducebant. Deinde cum dicit.

Reuertere reuertere Sulamitis: reuertere reuertere vt intueamur te.

Chriſtus ſynagogam ad ſe reuocat: & duo facit. quia primo ponitur huiuſmodi reuocatio: ſecundo, ſubiungitur reuocationis ratio, ibi (quid videbis in Sulamite.) Continuetur ſic: ex quo tu ſynagoga vel Sulamitis captiuitatẽ miſeriæ & cœcitatis tuæ recognoſcis, & vides animalitatem tuam, (Reuertere,) relinquendo cœcitatem intellectus, (Reuertere Sulamitis,) relinquendo animalitatem, & prauitatem affectus. (Reuertere,) adhærendo veritati, intendendo bonitati. & hoc (vt intueamur te) oculo miſericordiæ, miſerendo tui. Deinde cum dicit.

D

LECTIO. XV.

CAP. VII.

QVid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?

Aſſignat hmõi conuerſionis rationem: & intendit talem rationem, Quilibet debet conuerti ad illũ, a quo habet totum bonum ſuum & totá pulchritudinem ſuam: ſed Præmiſſum eſt quòd tu ſynagoga a me chriſto debet

habete totam pulchritudinem tuam: ergo ad chriſtū conuerti debes. In hac ratione ſic procedit: quia primo narratur ſynagogæ pulchritudo præuiſa a deo. Secundo oſtēditur quod huiuſmodi pulchritudinem debet conſequi ſynagoga per chriſtū, ibi (dixi aſcendam in palmam.) Tertio ſynagoga his dictis aſſentit, ibi) dignum dilecto meo. Quarto ad chriſtum ſe cōuertit, ibi (ego dilecto meo.) Circa primum duo facit: quia primo narrat pulchritudinem eccleſiæ ſynagogæ in ſpeciali & diffuſe: ſecundo repetit eius pulchritudinem in generali & ſuccincte, ibi (quàm pulchra.) In narrando autem pulchritudinem ſynagogæ in ſpeciali, oſtendit ipſam pulcherrimam quantum ad omnia ſua. Nam ſicut pulchritudo animæ conſiſtit in perfectione virtutum & donorum, quę ornant concupiſcibilem & iraſcibilem, intellectū practicum & ſpeculatiuum, & voluntatem: ſic ſynagogę talis pulchritudo pręuiſa erat, quam debebat conſequi per chriſtum. Et quia hmôi perfectiones quędā reſpiciunt potentias alligatas organo, quædam non alligatas: ideo pars iſta ubi determinatur de hmôi pulchritudine diuiditur in duas partes: quia primo determinat de pulchritudine dicta per comparationem ad perfectiones potentiarum organo alligatarum: ſecundo per comparationem ad potentias organo non alligatas, ibi (duo vbera tua.) Potentiæ autem alligatæ ſunt duæ. ſ. iraſcibilis, & concupiſcibilis. Primo ergo ait de pulchritudine prout reſpicit iraſcibilem: ſecundo ut reſpicit concupiſcibilem, ibi (iunctura feminum tuorum.) Iraſcibilis aūt potentiæ perfectio ſiue pulchritudo, eſt fortitudo, ſecundum quam reſiſtimus aduerſariis, & aggredimur eos. Primo ergo determinat de fortitudine ſeu de perfectione iraſcibilis, inquantum aduerſario reſiſtimus: ſecundo inquantū ipſum inuadimus, & victoriam obtinemus, ibi (quàm pulchri ſunt.) Cōtinuetur ſic, Synagoga nunc eſt Sulamitis. i. captiua captiuitate miſeriæ. Sed ſi conſideremus eam ſecūdum pulchritudinem a deo ſibi præuiſam, ſic eſt tota pulchra. Nam pulchra eſt quātum ad iraſcibilem, inquantum pręuiſa eſt ei perfectio iraſcibilis, per quam poſſit aduerſariis reſiſtere: ideo ait, (quid videbis in Sulamite) propter rationem tactam, (niſi choros caſtrorum) ideſt, munitiones fortes, per quas poteſt reſiſtere aduerſarius? quaſi diceret, nihil debile. Deinde cum dicit.

Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis, filia principis.

Oſtendit eam poſſe aduerſarium inuadere, & ſuperare. Et cōtinuetur ſic, Non ſolum præuiſum eſt ꝙ tu ſynagoga poſſis aduerſariis reſiſtere, ſed etiā ꝙ poſſis ipſos inuadere & ſuperare. ideo (ò filia principis). i. ò ſynagoga, quæ pręuiſa es eſſe filia mea, qui ſum princeps regum terræ, (quàm pulchri ſunt greſſus tui). i. quàm pulchri ſunt proceſſus & operationes tuæ, ſecūdum quas aduerſarium aggrederis & inuadis: nō ſunt nudæ, ſed ſunt ordinatę & calciatę. i. informatę charitate: quia totum corpus noſtrum & omnia noſtra veſtit & ornat, inquantum eſt forma & perfectio omniū virtutum & omnium operationum noſtratum: & quęlibet operatio ſumit perfectionem a charitate. Et ideo prout operationes noſtrę dicuntur greſſus, calciat eas charitas: prout vero ſunt operationes manuum, charitas eas cirotecat, vt liceat ſecundum metaphorā ſic loqui. Deinde cum dicit.

Iuncturæ feminum tuorum, ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis.

Determinat de pulchritudine eius vt reſpicit concupiſcibilem. Circa concupiſcibilē autem contingit tripliciter peccare. Nam quidam ſunt molles, quidā incontinentes, quidam intemperati. Molles ſunt illi, qui

A modica tentatione vincuntur. Incontinentes ſunt illi, qui non modica tentatione vincuntur, ſed multis tentationibus ſtimulati, cadunt: vnde molles neſciunt pugnam, quia ſcilicet non pugnauerunt: quod ipſum nomen deſignat. Incontinentes autem pugnam experiuntur: ſed pugna deuicti ſe nō continent. Nam ſi nullam pugnam experirentur non eſſent incontinentes: tamē non eſſet cum quo certarent. Intemperati autem ſunt illi qui iam acquiſierunt habitum inclinantem ad venerea: ideo talibus eſt delectabile male agere, & peccant ex electione: vnde lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. hęc aūt omnia patere poſſunt ex. 7. Ethic. Et quia toties multiplicatur vnū oppoſitorum, quotiens multiplicatur & reliquum: ſicut [Cap. 1. & 2.] contingit tripliciter circa concupiſcibilem errare, ita contingit tripliciter benefacere. Nam quidam homines ſunt perſeuerantes, quidam continentes, quidam temperati. Perſeuerantes autem ſunt illi qui non tentantur, nec cadunt, vnde ſunt contrarii mollibus, qui ſine tentationibus cadunt. Cōtinentes ſunt illi qui moleſtati B perſiſtunt, nec cadunt: hi ſunt contrarii incontinentibus. Temperati autē ſunt quibus delectabile eſt benefacere: habent enim appetitum caſtificatū, & ſunt perfecti per habitum inclinantem ad bonum. In narrando autem pulchritudinem & perfectionē ſynagogæ pręuiſam a deo ex parte concupiſcibilis tria facit. quia primo narrat vt reſpicit temperantiam. Secūdo vt reſpicit continentiam, ibi (vmbilicus tuus.) Tertio vt reſpicit perſeuerantiā, ibi (venter tuus.) Continuetur ſic, O ſynagoga non ſolum eſt tibi pulchritudo quantum ad iraſcibilem, ſed etiam quantum ad cōcupiſcibilem: quia ſecundum pręuiſionem diuinam (iunctura feminum tuorum eſt ſicut monilia:) quia ſunt clauſa femina tua, & nullo modo aperta. Et hęc (ſicut monilia quę ſunt fabricata manu artificis) ideſt, manu mea, qui ſum ille faber & artifex q fabricatus ſum auroram & ſolem. Cum ergo ſecundum actus venereos aperiantur femina mulieris, oſtenditur ſynagogę pręuiſam perfectam caſtitatem, cum dicitur femina ſua C eſſe ſicut monilia: quæ ſunt ornamenta, quibus diuiſa clauduntur: & quia perfecta caſtitas deſignatur per tēperantiam per ea quę dicta ſunt. Notandum autem ꝙ hoc femur femoris eſt virorum: ſed hoc femen feminis, eſt mulierum: quia ſynagoga induit perſonam mulierem, vt perſonam ſponſę: & ideo dicit, Iunctura feminum, & non femorum. Iterum notādum, ꝙ ait ſicut monilia. Monile autem eſt fibula, quam mulieres portant ad pectus, & claudunt veſtimenta ante pectus: in quo datur intelligi, quod caſtitas a qua cōmendatur ſynagoga, non ſolum neſcit apertionem carnis, ſed et neſcit diuiſionem cordis: nam perfecta caſtitas requirit integritatem carnis, & mentis. Iterum notādum ꝙ hmôi monilia (ſunt fabricata manu artificis) ideſt, manu dei: quia temperantia, a qua laudatur, non eſt acquiſita, ſed infuſa. Deinde cum dicit.

D Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.

Commendat eam a continentia. Vmbilicus enim eſt illud vbi viget luxuria in mulieribus: ſicut dicit Gregorius ꝙ luxuria viris eſt in lumbis: Fœminis autē in vmbilico. [In Moralibus. lib. 32.] Hic vmbilicus ſynagogę ſecundum præuiſionem diuinam, eſt (crater tornatilis) propter rectā voluntatem, (nunquam indigens poculis) ideſt, nunquam carens poculis doctrinæ ſacræ propter intellectus perſpicacitatem. Incontinens enim propter incōtinentiam duo mala contrahit: contrahit enim maliciam in affectu: vnde nō eſt (crater tornatilis,) qa non eſt agilis ad bonā operationē: vel nō eſt crater tornatilis, qa non habet rectā intentionē, cum non agat pp ęternam vitā quę per craterē tornatilem ſignificatur, in quo rōne rotunditatis nō eſt principium nec finis.

Contrahit

Digitized by Google

Contrahit etiam cęcitatem intellectus. Nam propter paſſiones obcœcatus non obſeruat leges bonas, nec documenta doctrinæ ſacræ. Deinde cum dicit.

Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis.

Commendat eam à perſeuerantia. Venter eſt pars molior mulieris. ſed ſecundum præuiſionem diuinā, Venter ſynagogæ carebit molitie, & habebit vim perſiſtentis & ſuſtentantis. vnde ſecūdum talem pręuiſionem venter ſynagogę erit (aceruus tritici.) tritico.n. alii roborantur & ſuſtentantur. In quo datur intelligi ꝙ ſecundum pręuiſionem diuinam ſynagoga debet adipiſci tantam perſeuerantiam vel tantam perſiſtentiam quòd non ſolum ipſa non cadet, ſed etiam alios ſuſtentabit ne cadant. Quod ad literam ſic erit in finibus ſeculorum, quando Iſrael vniuerſaliter conuertetur ad chriſtum, quia multi tunc erunt firmiores in fide & moribus. Et hic (venter tuus erit vallatus liliis) propter munditiam, quia per perſeuerantiam oppoſitam molitiei vitatur carnis ſpurcitia. Deinde cū dicit.

Ro.11.& Iſ.4.

LECTIO. XVI.

DVo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.

Poſtq̄ narrata eſt pulchritudo, quam deus præuidit ſynagogæ quantum ad potentias organo alligatas. Hic ī parte iſta narratur pulchritudo præuiſa ei quantum ad potentias organo non alligatas. Hæ autem potentiæ ſunt duæ. ſ. intellectus, & affectus: & intellectus diuiditur in ſpeculatiuum, & practicū. Tria ergo facit, quia primo narrat pulchritudinem vt reſpicit intellectum ſpeculatiuum. Secundo, vt reſpicit intellectum praticū, ibi (oculi tui.) Tertio, vt reſpicit appetitum intellectiuū, ibi (caput tuum.) Prima diuiditur in duas, quia in intellectu ſpeculatiuo ſunt ſcientia, & fides. Primo ergo narrat pulchritudinem vt reſpicit ſcientiam & doctrinam: ſecundo vt reſpicit fidem, ibi (collum tuum.) Legatur ſic litera, ſecundum pręuiſionem diuinam (duo vbera tua) ideſt, ſcientia & doctrina: quę dicūtur duo vbera propter duo teſtamenta continentia quaſi ubera lac.i. dulcedinem doctrinæ. Hæc autem vbera, vel eius ſciētia & doctrina ſunt (ſicut duo hinnuli capreæ gemelli.) hinnuli enim ſunt agiles, & caprea acute vident: & deſignant doctrinam ſacram, ſecūdum quam, & de facili, inuenimus quid ſit verū: & videmus acute, & ſubtiliter iudicamus ipſam veritatem. & hi duo hinnuli capreæ dicuntur duo caprea propter duplicem ſenſum, literalē, & myſticum: & ſunt (gemelli,) quia hi duo ſenſus ſemper ſeſe vident & concomitantur, cum in qualibet parte doctrinę ſacrę hi duo ſenſus aliqualiter aſſignari poſſint. Deinde cum dicit.

Collum tuum ſicut turris eburnea.

Narrat pulchritudinē ſibi præuiſam ex parte fidei, dicens, (collum tuum) ideſt, fides præuiſa tibi: quæ dicitur collum, quia per eam debes vniri capiti mihi, ſicut per collum caput vnitur corpori. Hoc autē collū ſiue fides, eſt ſicut turris rōne defenſionis. Nam licet fides non poſſit probari, poteſt tamen defendi: & hæc (turris eſt eburnea) ideſt, clara & ſolida non habēs admixtionem erroris. Deinde cum dicit.

Fides non pōt probari, ſed defendi.

Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.

Commendat ipſam quantum ad intellectum practicum. Ad intellectum vero practicum, quantū ad præſens, duo pertinere videntur. Primum eſt diiudicare. Nam & prudentia, quę etiam bonorū morum videtur eſſe iudicatiua & præceptiua, eſt vt in ſubiecto in intellectu practico: ſecundum ꝙ pertinet ad hunc intellectum practicum eſt diſcernere ſpūs & potiſſimè prout per hmōi ſuggeruntur nobis contraria bonorum morum: quia non debemus omni ſpūi credere, ſed probare ſpūs, an ea deo ſint. Duo ergo facit. primo eam cōmendat quantum ad doctrinam morū: ſecundo quantum ad diſcretionem ſpirituum, ibi (naſus tuus.) dicit ergo (oculi tui) ideſt, cogitationes tuę, per quas iudicas mores bonos à malis, ſunt (ſicut piſcinæ in Heſebon.) Heſebon.n. dicitur fuiſſe quędam ciuitas Sehon regis vltra Iordanem, quam ęperunt filii Iſrael, in cuius portis erant piſcinæ, quibus potabatur multitudo populi. Talis eſt doctrina morum in eccleſia: quia eam multitudo populi.i. omnes chriſtiani veri potant, & ad quam inuitatur omnes, Ioan.7. Si quis ſitit veniat ad me & bibat. & Iſa.55. Oēs ſitientes venite ad aquas. Vnde ſubditur ꝙ (hæ piſcinæ ſunt in porta filię multitudinis) ideſt, in porta plena multitudinis. Filius.n. vel filia in ſcriptura ſacra aliquādo plenitudinem ſignificat, iuxta illud Iſa.5. Vinea facta eſt dilecto ī cornu filio olei.i. in cornu abūdanti & pleno olei. Et etiā ipſum uſitatum eloquiū habet hoc: dicitur.n. aliquis filius denariorum, ſi denariis abūdat. Deinde cū dicit.

1. Ioan.4.

Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.

Commendat eam à diſcretione ſpirituum, dicens, (naſus tuus) ideſt, diſcretio tua, per quā diſcernis bonos ſpūs à malis, eſt (ſicut turris Libani).i. turris clara, non deturpata deceptione diaboli: & hęc turris (reſpicit contra Damaſcum).i. contra diabolum. Damaſcus enim interpretatur potus ſanguinis, & ſignificat diabolum, qui ſitiens ſanguinem noſtrum, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. 1. Petri vltimo. Deinde cum dicit.

Caput tuum vt Carmelus.

Commendat eam quantum ad appetitum intellectiuum: in quo duo conſiderare poſſumus. ſ. potentiam, & actum. Dupliciter ergo cōmendat eam. primo quantum ad ipſam uoluntatem: ſecundo quātum ad actus eius, ibi (& comę capitis.) Dicit ergo (caput tuū).i. voluntas quę poteſt dici caput, vt ſuperius oſtenſum eſt, eſt ſicut (Carmelus,) qui eſt mons altus: quia non tēdit in terrena, ſed in cœleſtia. Carmelus.n. interpretatur ſciētia circūciſionis: quia debemus aſſueſcere nos ad hn̄dū appetitū circūciſum à terrenis. Deinde cū dicit.

Et comæ capitis tui, ſicut purpura regis iuncta canalibus.

Commendat eam ab actibus ipſius voluntatis, dicēs (Comę capitis tui).i. actus & affectiones tuę quę radicantur in uoluntate, cui competit nomē capitis, ut dictum eſt. Hę affectiones ſunt (ſicut purpura regis iūcta canalibus:) quia ſemp ſunt coniunctę paſſionibus chriſti. Purpura enim tingitur de ſanguine piſcis: quia conchæ maris, vt dictum eſt ſuperius & gloſſa tāgit, ferro circūciſæ lachrymas purpurei coloris emittunt. Et hæc purpura poteſt ſignificare carnē chriſti, quæ fuit rubricata ſanguine eius. Et forte ad literam, quando purpura tingitur, ponitur in canalibus, per quæ deriuatur ſanguis ille ad ipſam purpuram, propter hoc quādiu purpurea iuncta eſt canalibus, non eſt veriſimile quòd colorem poſſit amittere, cum per talem coniunctionem illum colorem acquirat. Debent ergo affectiones noſtræ eſſe ſicut purpura regis, propter memoriam paſſionis chriſti. Et debent eſſe iunctæ canalibus: quia illam rubricationē & pulchritudinē, quam acquirunt ex memoria paſſionis chriſti, nunquā debent amittere. Deinde cum dicit.

Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima in deliciis. A

Reperit in generali & ſuccincte quæ in ſpeciali tetigerat. Oia.n. pulchritudo aſſignata ad tria pôt reduci quia vel pertinet ad contéplationé, vel actionem, vel inſtructioné. Tria ergo facit, quia primo commendat eam quantum ad vitam contemplatiuam. Secundo, quantum ad actiuã ibi (ſtatura tua.) Tertio, quantum ad inſtructionem & doctrinam, ibi (vbera tua.) Dicit ergo tu ſynagoga ſecundum prꝑuiſionem nram chariſſima in deliciis, in dulcedine cótemplationis (quàm pulchra es) exterius, (& decora) interius. vel (quàm pulchra es) quantum ad potentias organo alligatas, (& quàm decora) quantum ad non alligatas. Deinde cum dicit.

Statura tua aſſimilata eſt palmæ.

Commendat eam quantum ad vitam actiuam, dicens, (ſtatura tua) ideſt, vita actiua, ſecundum quam ſtas, & non inclinaris ad illicita, (aſſimilata eſt palmę) B ideſt, certamini: quia talis vita ſemper videtur eſſe in bello.i. in motu. vnde deſignatur per Martham quæ
Luc. 10. ſolicita erat, & turbabatur circa plurima. Deinde cum dicit.

Et vbera tua, botris.

Commendat eam quantum ad doctrinam vel quantum ad inſtructionem, dicens (& vbera tua) ideſt, doctrina tua, ſupple, ſunt aſſimilata (botris:) quia ſicut in botris eſt vinum in promptu, ſic doctrina tua habet in promptu vt proferat pocula ſcripturarum. Deinde cum dicit.

Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut odor malorum: guttur tuum ſicut vinum optimum. C

Seqoitur illa pars, in qua poſtquàm narrauit pulchritudinem præuiſam ſynagogę, oſtendit ꝙ per chriſtum debet illam pulchritudinem adipiſci. Sed notandum ꝙ pulchritudo aſſignata & narrata de ſynagoga non eſt intelligenda ſecundum actualem exiſtentiam, cum illa verba ſint ad ipſam ſynagogam nondum plene conuerſam: ſed intelligenda ſecũdum præuiſionem diuinam.ſ. ꝙ preuiſum eſt ei à deo ꝙ ipſa per chriſtum debet habere talem pulchritudinem: & ideo debet ad ipſum conuerti. Continuetur ſic, O ſynagoga præuiſa eſt tibi pulchritudo prædicta, ſed eam debes adipiſci per me. Nam ego (dixi, Aſcendam in palmam) ideſt, in crucem, quę dicitur palma ratione victorię. Vel ad literam (vt gloſſa videtur tangere) crux dicitur palma: quia pars eius fuit de palma. (& apprehendam fructus eius) ideſt, fructus crucis. Et exponit qui ſunt huiuſmodi fructus, dicens (& erunt ubera tua ſicut botri vineæ) ideſt, vnus fructus erit ꝙ vbera tua, ideſt, doctrina tua erit botri vineæ: & hoc propter pulchritudinem, quam deus præuidit ſynagogę ex inſtructione, vel doctrina. Et erit fructus crucis ex aſcenſu meo in crucem odoris: vnde ſequitur (ſicut odor malorum) propter bonitatem famæ quæ reſpicit conuerſationé & vitam actiuam, & etiam propter aſcenſum in crucé, (guttur tuum) ideſt, dulcedo contemplationis tuæ erit (ſicut uinum optimum) propter copiam ſpũalis lætitiæ. Ex quo apparet maxime quòd per aſcendentem chriſtũ in cruce ſynagoga debet adipiſci pulchritudinem quantum ad doctrinam, & quantum ad vitam actiuam, & quantum ad contemplatiuam: & qa tota pulchritudo ſibi prꝑuiſa reſpicit aliquod dictorum trium, clare patet quod concludere dicebamus, quòd ſynagoga totam pulchritudinem ſibi prꝑuiſam à deo adipiſci debet per chriſtum. Deinde cum dicit.

Dignum dilecto meo ad potandum, labiiſq́, & dentibus illius ad ruminandum. A

Ponitur confeſſio ſynagogæ, ſecundum quam conſentit pulchritudinem prędictam debere adipiſci per chriſtum. Et continuetur ſic, Tu domine Ieſu chriſte dicis ꝙ per paſſionem tuam & per aſcẽſum in crucem debeo conſequi dictam pulchritudinem: confiteor ꝙ vinum illud.i. paſſio illa per quam debeo cõſequi prædicta, eſt (dignum) ideſt, eſt congruum & competens (dilecto meo ad potandum.) quia nullius alterius paſſio eſſet ſufficiens ad impetrandam mihi tantã pulchritudinem, niſi paſſio tua, & paſſio membrorũ tuorum, inquantum paſſio illorum agit in virtute paſſionis tuæ. ideo addit ꝙ huiuſmodi vinum eſt dignum (ad ruminandum labiis, & dẽtibus illius) ideſt, labiis, & dentibus chriſti: quia per paſſionem membrorum chriſti eccleſia adepta eſt multam pulchritudiné: quæ pulchritudo extendit ſe vſq; ad ſynagogam, quando in fine temporum cõuertetur ad chriſtum. Quòd aũt B paſſio chriſti poſſit dici potus, patet per id quod dicitur Matth. 26. Pater mi ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Notandum autem ꝙ chriſtus dicitur potaſſe paſſioné, ſed membra chriſti, videlicet, dẽtes & labia, vt apoſtoli & alii ſancti, paſſionem chriſti ruminauerunt. Quia ſecundum rõnem etiam ſuperiorem non adeò acceptabant paſſionem vt chriſtus: propter quod aliquo modo facilius fuit chriſto pati, quàm aliis ſanctis. Et ideo dicitur chriſtus ſuam paſſionem potaſſe: alii vero ſancti dicuntur ruminaſſe, vt videtur tangere gloſſa. Deinde cum dicit.

Ego dilecto meo, & ad me cõuerſio eius.

Ponitur conuerſio ſynagogę: & diuiditur pars iſta in duas: quia primo ſynagoga cognoſcens tantam pulchritudinem ſe debere adipiſci per chriſtum, ſe cõuertit ad ipſum: ſecundo ad hoc petit ſubuentioné & auxilium, ibi (veni dilecte mi.) Notandum autem ꝙ ad C continuationem textus, oportet partem illam ab illo loco (quid videbis (in Sulamite,) vſq; ad locum illum (dixi aſcendam,) exponere de pulchritudine quam deus præuidit ſynagogæ: & alia poſtea exponere vt dictum eſt. Sed in exponendo dicta verba de pulchritudine prꝑuiſa ſynagogę utrum debeat exponi de pulchritudine quantum ad iraſcibilem & concupiſcibilẽ vt tangebatur: vel quantum ad omnia membra ſynagogę, vt per oculi intelligantur prædicatores, per caput vero prælati: vel alio modo, dummodo litera ſic adaptata, non variat cõtinuationem. Et quod dictum eſt de expoſitione huius partis, intelligendũ eſt de multis expoſitionibus ſuperius aſſignatis. Nos autem ſecundum modulum intelligentiæ nobis diuinitus datum adaptationes apertiores fecimus, & aliquas factas recitauimus, vt nobis viſum eſt ſecundum totalem literæ ſeriem expedire. Continuetur autẽ ſic litera, Ego D ſynagoga video quòd non poſſum conſequi pulchritudinem mihi à deo prꝑuiſam niſi per chriſtum, ideo dilecto meo, ideſt, ad dilectum meum me conuerto, & rogo ꝙ ad me ſit conuerſio eius.

LECTIO. XVII.

VEni dilecte mi, egrediamur in agrum.

Poſtquàm ſynagoga ad chriſtum ſe conuertit: hic ſuũ auxilium & ſubuentionem petit. Et duo facit: qa primo petit ſubuentionem. ſecundo recognoſcit & cõfitetur eius incarnationem, ibi (Quis mihi det te fratrẽ meum.) Circa primũ tria facit. quia primo petit chriſti ſub-

ſti ſubuentionem. Secundo ponit ſubuentionis ſpecificationem, ibi (videamus ſi floruit.) Tertio ad dictam ſubuentionem ſuſcipiendam oſtēdit Iudęorum diſpoſitionem, ibi (dabo tibi vbera mea.) In petendo autem ſubuentionem chriſti tria facit. Primo petit ꝙ chriſtus ſubueniat proportionaliter. Secundo ꝙ ei ſubueniat perſeueranter, ibi (commoremur in vineis.) Tertio ꝙ ei ſubueniat ſolicite, & ardenter, ibi (mane ſurgamus.) Continuetur autem ſic, per te dilecte mi oportet me conſequi pulchritudinem meam, Ideo ut (dilecte mi veni,) auxiliando mihi, & (egrediamur in agrum) id eſt, ad Iudæos, qui ſunt ager incultus. Et dicit, quia Iudæi adhuc paruuli in fide non poſſunt ingredi ad te, & aſcendere: iō oportet ꝙ tu egrediaris condeſcendendo eis, in quo petit auxilium proportionaliter. Deinde cum dicit.

Commoremur in † vineis.

† villis

Petit huiuſmodi auxilium perſeueranter. Continuetur autem ſic, Non ſufficit dilecte mi ꝙ egrediamur in agrum .i. in ipſos Iudæos proportionaliter adiuuādo, B ſed oportet quòd commoremur in vineis .i. in Iudæis qui ſunt vineæ & quaſi campeſtres, & ideo non cultæ: vnde oportet quòd (commoremur in vineis,) hos pſeueranter adiuuando. Deinde cum dicit.

Mane ſurgamus ad vineas.

Petit hmōi auxilium ſibi fieri ſolicite, & ardenter. Vnde ait, (ſurgamus mane) id eſt, tempeſtiue, non pigritemus, ſed ardēter, & ſolicite (ſurgamus ad uineas) id eſt, ad Iudęos, iuuando eos, qui prius fuerunt vinea tua, & adhuc redire uolunt, ut uinea tua ſint. Deinde cum dicit.

Videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica.

Specificat auxilium & ſubuentionem. Ad cuius euidentiam notandum quòd bonitas noſtra, quantum ad preſens ſpectat, videtur conſiſtere in tribus, videlicet, C in bonis cogitationibus quę ſe tenent ex parte intellectus, & in bonis affectionibus quę ſe tenent ex parte affectus, & in operationibus quæ ſe tenent ex parte effectus. Bonitas cogitationum quæ per flores intelliguntur, ex bona voluntate dependet: ſimiliter bonitas exteriorum operationum: quia cogitationes etiā intelligentię intellectiuę quas homo habet ſine voluntate recta, non placent, & ſunt flores ſine fructu. Similiter operationes exteriores ſine bona voluntate non conualeſcunt, ſed ſunt fructus inutiles, quia merito carent; nihil enim eſt meritorium niſi ſecundum quòd à voluntate procedit. Operationes autem exteriores per mala punica deſignantur, in qbus ſunt grana multiplicata. Nam quod intellectu percipitur interius, exterius per diuerſitatem operum deſignatur: aliquādo quod ſimpliciter eſt in corde, multipliciter multiplicatur in opere, & explicatur. In ſpecificādo ergo chriſti auxilium tria tangit. D Nam primo petit quòd chriſtus ei ſubueniat, mouendo corda Iudęorum ad bene cogitandum: ideo ait (videamus) oculo miſericordię. ſ. ego & tu cooperando multipliciter, (ſi vinea floruit) id eſt, ſi intellectus profert bonas cogitationes. Secundo petit ꝙ moueat affectum ad bene uolēdum: ideo ſubdit, (& videamus ſi flores parturiunt fructus) id eſt, ſi per bonas operationes producuntur bonæ affectiones, quod te auxiliante neceſſe eſt hoc fieri. Tertio petit ꝙ chriſtus moueat Iudęos ad bene operandū exterius: ideo ait, (videamus ſi floruerunt mala punica) id eſt, bonæ operationes: quod te auxiliante fit. Nil autem obſtat quòd per flores & fructus, bonæ cogitationes, & bona opera deſignātur, quia fructus ſunt ad cibum, & bonis affectionibus cibamur: ſicut dicitur Eccleſiaſt. 15. Cibauit illum pane vitę & intellectus. Et bo-

A nis operationibus ſimiliter, iuxta illud Pſalm. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus eris. (Pſal. 127.) Recte bonæ cogitationes ſunt flores qui præcedūt fructus bonarum affectionum, & operationum. Rurſum hęc tria poſſunt comparari ad pręmium: & ſic cū prædicta omnia. ſ. cogitationes, affectiones, & operatiōes, pręcedāt, poſſunt dici flores premii, quod dicitur fructus, iuxta illud pſalmi, Cum dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hęreditas domini filii merces fructus vētris. (Pſal. 126.) Quòd autem operationes ſingulariter poſſint dici flores, apparet, quia primum procedens ab arbore cum odore, ſunt flores. Odorem autem bonæ famæ ad ędificationem aliorum, homo habet ex bonitate operationum, non cogitationum vel affectionum, quæ non apparent. Recte ergo per flores malorum punicorum deſignantur bonæ operationes, quæ debent eſſe cum ſucceſſiuo incremento, vel profectu, vt ſunt mala punica florentia: quia alia ſunt in actu, alia in partu, alia in re, alia in flore. Deinde cum dicit.

B Ibi dabo tibi vbera mea.

Poſtquàm petiit auxilium chriſti, & in quo auxiliaretur Iudęis in ſpeciali. ſ. ad bene cogitandum, bñ volendum, & bene operandum: hic oſtendit Iudęos eſſe diſpoſitos ad tale auxilium recipiendum. Et tria facit, ſecundum ꝙ triplex auxilium nominauit. Primo oſtēdit eos eſſe diſpoſitos ex parte intellectus. Secūdo ex parte affectus, ibi (Mandragoræ.) Tertio ex parte exteriorum operum, ibi (omnia poma.) Cōtinuetur ſic: ideo peto dilecte mi quòd tu uenias in vineā meā, quia (ibi dabo tibi ubera mea) id eſt, Iudęos meos, hoc eſt, chariſſimos propter patres, qui dicūtur vbera propter diſpoſitionem ad ſuſcipiendum lac doctrinę tuę. Nam ſicut vbera proprie ſunt receptaculum lactis: ſic ipſi propter diſpoſitionem intellectus erunt proprie receptaculum doctrinę tuę, quę eſt lac ratione candoris, & nutritiuæ virtutis, vbi nullus eſt error admixtus. Deinde cum dicit.

C Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris.

Oſtendit eos diſpoſitos ex parte affectus, ſiue voluntatis. Vnde continuatur ſic, Non ſolum dilecte mi Iudęi ſunt diſpoſiti ex parte intellectus, ſed etiā ex parte affectus. Nam (mandragorę) id eſt, iudęi (dederunt odorem ſuum) propter bonitatem deſideriorum, & propter diſpoſitionem affectus. dederunt, dico, odorem, & hoc (in portis meis) id eſt, in introitu ad nos: quia volunt cōuerti, & intrare ad nos: ad te principaliter, & ad me eccleſiam ex conſequenti, inquantū per me ſicut per matrem deriuanda ſunt dona gratiarum, vel ſacramenta à te ad illos. Notandum quod mādragora eſt herba cuius radix habet membra quaſi hominis, non tamen caput: vnde ſignificat Iudęos, quia nūc ſine capite ſunt, ſed in fine ad prędicationem & odorem eccleſiæ ſpirabunt & ipſi deſideria, vt iungantur D chriſto capiti. Deinde cum dicit.

Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.

Oſtendit Iudęos eſſe diſpoſitos quantum ad bonitatem exteriorum operum. vnde ait, (O dilecte mi) ego (ſeruaui tibi) id eſt, tuæ prouidentię credidi (oīa poma noua) ſcilicet, quando eſſent colligenda, & quomodo conſeruanda: vnde & addit, Et (vetera.) quaſi diceret, ſola prouidentia gratię tuæ habet, quādo colligi debent Iudæi, & quomodo conſeruari, qui dono tuę gratię collecti erunt poma noua, & vetera.

Quia ſecundum exempla & teſtimonia
prima noui & veteris teſtamenti
ſatagent operari.

Digitized by Google

LECTIO. XVIII.

CAP. VIII.

Quis mihi det te fratrem meum, ſuggentem vbera matris meæ?

Hic recognoſcit & cōfitetur chriſti incarnationem. Quatuor facit. Primo aſſumẽs fiduciam de chriſto propter carnem aſſumptam, petit ab ipſo doctrinæ eius percipere veritatem. Secundo poſtulat dulcedinis eius guſtare ſuauitatem, ibi (vt inueniā te. Tertio, petit vitare opprobrium quod priſcis tēporibus paſſa fuerat propter cœcitatem, ibi (et iam me.) Quarto deſiderat chriſtum tenere propter filiorū vtilitatem, ibi (& apprehendam te.) Continuetur ſic, Vt B me docens mihi frater factus es: ideo (quis mihi det te fratrem meum, ſuggentem vbera matris meę) ideſt, exponentem mihi legem, & ſcripturam ſacram, quę eſt quaſi mater mea. Ille enim qui ſuggit lac, quod latet in vbere, exterius trahit. Hoc fecit chriſtus, qui lac, & dulcedinem, quę latebat in lege diuina, traxit exterius in apertum, Lucę vlt. Interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, incipiens a Moyſe, & omnibus prophetis. Habere ergo chriſtum ſuggentem vbera legis, eſt habere ipſum doctorem & magiſtrum legis. Notandum autem ꝙ licet nos omnes poſſimus vocare chriſtum fratrem noſtrum ratione humanitatis aſſumptæ, ſpecialiter tamẽ ſynagoga poteſt ipſum fratrem appellare, quia de Iudæis natus eſt. Deinde cum dicit.

Vt inueniam te ſolum foris, & deoſculer te.

Petit ſynagoga guſtare chriſti ſuauitatẽ. Continuetur ſic, Domine Ieſu chriſte non ſolum peto te ut ſuggentem vbera matris docendo me: ſed peto (vt inueniam te foris) ideſt, non clauſum in lege, neq; latentẽ in ſinu pŕis: ſed foris in humana natura, ſecundū quam es frater meus: & ſic te cognoſcendo & diligēdo (deoſculer te,) percipiendo à te dulcedinis ſuauitatem. Deinde cum dicit. C

Et iam me nemo deſpiciat?

Petit vitare opprobrium quod paſſa eſt lapſis tēporibus propter cœcitatē: vnde ait. (Et nemo me iam deſpiciat.) quaſi dicat vſq; nunc deſpecta fui quaſi cęca, eo quòd redemptorem meum te non cognoui: ſed iam quia te cognoſco, peto quòd nemo me deſpiciat, impropetando priſtinā cœcitatem. Deinde cū dicit.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Oſtendit ſe velle tenere chriſtum propter filiorum D vtilitatem. Diuiditur autem hæc pars in quatuor. Primo ſynagoga iſtam vtilitatem inſinuat. Secundo qualis ſit iſta vtilitas manifeſtat, ibi (ibi docebis me.) Tertio, quia ex hoc videbatur ſynagoga ſuſcepiſſe curam filiorum, qualiter ſit cura habenda, declarat, ibi (leua eius ſub capite meo.) Quarto & vltimo ponit dictum chriſti, quia hmōi declarationem approbat, ibi (adiuro vos filiæ.) Continuetur ſic, Non ſolum dilecte mi volo te habere foris vt te deoſculer, percipiēdo tuam ſuauitatem: ſed etiam volo te habere ad filiorū meorum vtilitatem: vnde peto vt permittas quòd (apprehendam te,) & ſic (ducam te in domum matris meę.) ideſt, in corda illorum qui plus ſciunt de lege, quā legem reputo quaſi matrem, cuius mandata quaſi mĩa ſeruare debeo. Et etiam (ducam te in cubiculum genitricis meæ), ideſt, in corda filiorum qui minus ſciunt A de lege, quam reputo matrem & geniteicē meam. Domus enim amplioris ſpatii eſt, quàm cubiculū. Vnde corda illorum qui peramplius & perfectius ſciūt legē ſunt domus legis, uel matris ſynagogę. Illi autem ſunt cubiculum legis, vel genitricis ſynagogæ, qui minus ſciunt de lege. Poſſet etiam ſecundum aliā adaptationem intelligi, quòd illi qui plus ſciunt de lege ſunt cubiculum, qa ſciunt clauſa & obſcura legis: per domū autem, qui minus ſciunt de lege, videlicet, qui ſciūt ſolum ea quæ ſunt in aperto, & quę quilibet de facili videre poteſt. Sed de hoc non eſt vis, quia continuationem non variat. Deinde cum dicit.

Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.

Oſtendit qualis ſit iſta vtilitas filiorum, ſi in corda eorum inducatur chriſtus. Et aſſignat triplicem vtili- B tatem. Prima eſt illuminatio intellectus. Secunda inflāmatio affectus. Tertia eſt bonitas operum, vel promotio effectus. Intellectus vero illuminatio tangitur cum dicitur (ibi me docebis,) ſi introduxero in corda filiorum meorum illuminando intellectum eorum, qa alitee doceri non poſſent. Quod enim ſit filiis ſuis, ſynagoga quaſi bona mater reputat ſibi factum: & ideo dicit (ibi me docebis.) Inflāmationē autem affectua tangit cum dicit (& dabo tibi poculum ex vino condito) ideſt, poſt talem illuminationem intellectus, filii non ingrati dabunt tibi poculum. i. affectum inflāmatum, & deſiderium, (ex vino condito) ideſt, ex abundantia lætitiæ ſpiritualis, vel ex dulcedine gratiæ, & ſuauitate contēplationis. bonitate in operum tangit, cum dicit (& muſtum malorū meorū granatorum). i. opera exteriora, quę dicuntur muſtum, quia ſicut tale muſtum exprimitur de granis mali granati, ſic opera exteriora bona de puro corde & charitate perfecta. C Et cor poteſt dici malum granatum, quia continet ipſas affectiones quaſi grana parua rubricata, & decoeata pee charitatem: hoc tibi dabo chriſte munus acceptum. Hæ igitur ſunt vtilitates, proptee quas deſidero ò chriſte te venire in corda filioeum meorum. I. vt illumines intellectum eorum, inflammes affectum, multiplices effectum. Deinde cum dicit.

Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Quia ex eo quod petierat ſynagoga tenere chriſtum ad vtilitatem filiorum, videbatur ex hoc ipſorū filioeum habere curam: hic declarat quomodo hæc cura ſit intelligenda. Hæc autem declaratio in hoc conſiſtit, ꝙ ſynagoga, vel eccleſia, vel pręlatus, qui per prędicta intelligi poteſt, prius debet intēdere ſibi ꝑ vitam contemplatiuam, & poſtea ſubditis per actiuam: ideo ait ſynagoga eccleſia, vel prelatus (leua eius) ideſt, ſiniſtra chriſti, per quā intelligitur vita actiua, erit (ſub capite meo) ideſt ſecundario intenta, (& dextera il- D lius) ideſt, vita contemplatiua, per quam intendo mihi, (amplexabitue me). i. erit ſup me, & cooperiet me, qa primo intendā mihi, poſtea uobis. Deinde cū dicit.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Confirmat chriſtus quod ſynagoga declarauerat, dicens (filiæ hieruſalem adiuro vos, (obſecro vos, (ne ſuſcitetis) à quiete, (nec euigilare faciatis) à ſomno contemplationis (dilectam meam) ideſt, ſynagogam matrem noſtram: quę mihi eſt dilecta, quia ad me cōuerſa: (donec ipſa velit,) cum prius debeat intendere ſibi, poſtea vobis. Deinde cum dicit.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicIIs affluens, innixa ſupet dilectum ſuum?

Sequitur

Sequitur illa pars in qua finitur tractatus de cõuerſione,& eſt finis in laude eius.(Qui quadrupliciter cõmendat.Primo ab aſcenſu. Nam aſcendere ad deũ eſt laudabile,& etiam mirabile: ideo admiratiue ait(quę eſt iſta,quæ aſcendit.) Secundo commendat eam a loco aſcenſionis vnde aſcendit,cum dicit (de deſerto) ideſt,de ſpinis tribulationum,& de tribulis afflictionũ. Nam in primitiua eccleſia fuerunt magnæ tribulationes & perſecutiones,& maiores erunt in vltima. Ideirco quia laudauit eccleſiam modernam, non laudauit eam quaſi aſcendentem de deſerto,vel per deſertũ:ſed quaſi auroram conſurgentem. Tertio commendatur eccleſia vltima ab ornatu,cũ dicitur (delicijs affluẽs) ideſt,ornata bonis deſiderijs,& bonis operibus,vt glo. videtur exponere.Quarto,& vltimo commendatur a modo aſcendendi,cũ dicitur (innixa ſuper dilectum ſuum) ideſt,ſuper chriſtum,cuius virtute aſcẽdit:propter quod commendabilis eſt ipſa eccleſia, quia magna gloria eſt ſequi dominum ſuum : ſed maior inniti ei,quia maioris charitatis eſt ſignũ,ſicut de beato Ioanne euãgeliſta dicitur,quòd recubuit ſuper pectus dñi.

Eccleſiaſt. 23.
Ioan. 13.

LECTIO. XIX.

SVB arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata ẽ genitrix tua.

Superius determinatum eſt de conuerſione ſynagogæ. In parte iſta inuitatur eccleſia ad habendam curam, & ad prębendum auxilium ſynagogę iam conuerſæ. Et diuiditur hęc pars in tres partes. Primo chriſtus reducit ad memoriã eccleſiæ ſuũ beneficium,& ſubuentionem. Secũdo ea hoc rependi ſibi petit perpetuã dilectionem,ibi (pone me vt ſignaculum.)Tertio,ea ipſa dilectione quam eccleſia tenetur habere ad chriſtum,inuitat ipſam ad ſynagogam iuuandam,ibi(ſoror noſtra paruula.)Reducit ergo chriſtus ad memoriam eccleſiæ Gentium beneficium quod ſibi contulit,dicens,(ſub arbore malo.).i, ſub cruce,quæ dicitur arbor malus,vel quia ad literã fuit ibi de malo, vel quia arbor crucis fuit fructifera, ſicut arbor quæ dicitur malus:ſub cruce ergo vel ſub tali arbore (ſuſcitaui te.)erat enim eccleſia Gentium mortua,ſed ſuſcipiẽdo beneficium crucis,reuixit. Dat autem modũ quomodo ſuſcitauit eccleſiam Gentiũ, dicens (ibi) ſcilicet (ſub arbore malo,) ſiue ſub cruce (corrupta eſt mater tua) ideſt,idolatria, quam ſequebaris vt matrem,ſecundũ quam eras cęca:(ibi violata eſt genitrix tua) ideſt,accepta eſt a te malitia tua, quam imitabaris vt genitricem,ſecũdum quã eras deprauata in affectu. Deinde cum dicit.

Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.

Petit perpetuam dilectionem. Et duo facit : primo exposcit prędictam dilectionem:ſecundo ad hoc inducit multiplicem rationem,ibi (Quia fortis eſt.) Continuetur ſic,Tu eccleſia Gentium ſuſcitata es a me per paſſionem crucis,quia per talem paſſionem ego remoui errorem idolatriæ à tuo itellectu,& malitiam a tuo affectu. ergo quia tm̃ bonum contuli tibi, (pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum,) diligendo me perpetuo,

A non volendo aliquid mihi contrarium:nec debes operari aliquid quod mihi diſpliceat.Ita ꝙ per ſignaculum cordis debemus intelligere impreſſam dilectionem,per quam vnum fiat anima cum deo,ei inſeparabiliter adhęrẽdo. Et per ſignaculũ brachij,bonã operationem exteriorem:quia brachium eſt extra. Deinde cum dicit.

Quia fortis eſt vt mors, dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio.

Aſſignat eius quod dixerat multiplicem rationem, Ad cuius euidentiam notandum ꝙ vna ratio propter quam debemus deo perpetuam dilectionem, ſumitur ex beneficijs nobis collatis.Et hanc tetigit ſupra,cum dixit,Sub arbore malo ſuſcitaui te. Alia ratio ſumitur ex ipſa dilectione.Nam quia deus nos dilexit, congruum eſt ꝙ nos eum diligamus. Habuit autem chriſti dilectio ad nos quatuor conditiones, ſecundum quas ſumi poſſunt quatuor rationes,propter quas ei debemus perpetuam dilectionem. Prima ratio ſumitur ex

B dilectionis immenſitate. Secunda ex dilectionis eius vtilitate,ibi (Lãpades eius.) Tertia ex dilectionis eius firmitate vel ſtabilitate,ibi (aquæ multę non potuerunt extinguere charitatem.) Quarta ex dilectionis eius precioſitate, ibi (ſi dederit homo.) Prima ratio talis eſt,Quilibet debet perpetuam dilectionẽ ad eum qui diligit eum in immenſum & ſupra modum : ſed ò eccleſia ego chriſtus dilexi te in immenſum,ergo mihi debes,vt grata ſis,perpetuam dilectionem. De hac rõne ponit ſolum medium.ſ.ꝙ chriſtus dilexit ualde eccleſiam. vnde continuatur ſic litera, O eccleſia de iure debes me ponere vt ſignaculum ſupe cor tuum,& ſuper brachium tuũ,vt perpetuo me diligas, & nihil cõtra me opereris:quia dilectio,quam habui ad te, eſt,& fuit excellens,& immenſa : (eſt enim fortis vt mors;) quæ ad literam tanta fuit, ꝙ mors ſeparauit animam

C a corpore,quando mori volui pro amore tuo, vt viuas.Etiam (æmulatio) ideſt,exceſſus amoris,quem habui ad te,fuit (dura ſicut infernus:) qa dolores,quos amore tui ſuſtinui,ſimiles fuerunt doloribus inferni. Nam dolori meo non potuerunt dolores ſupe terrã comparari,iuxta illud quod habetur Trenorum. 1. O vos omnes qui tranſitis per viam,venite,& videte,ſi eſt dolor,ſicut dolor meus.Deinde cum dicit.

Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum.

Adducit ad hoc ſecundam rationem, quæ talis eſt. Quilibet debet amorem perpetuum ei, de cuius amore cõſecutus eſt magnam vtilitatem: ſed tu eccleſia de amore,quem habui & habeo ad te, conſecuta es magnam vtilitatem:ergo &c. De hac ratiõe ponit ſolum medium.Cõtinuetur ſic, Bene dico ꝙ debes perpetuo me diligere:quia (lampades eius)ideſt,dilectionis,quã habeo & habui,ſunt,ſupple,lãpades ualde utiles: ſunt

D enim lampades eius ignis,quæ purgauerunt tuum intellectum,& inflammauerunt tuum affectum ad omne bonum:& ſunt (lampades flammarum,) inquantũ illuminauerunt tuum intellectum ad omne verum neceſſarium:de dilectione enim,quam chriſtus habuit ad nos,conſequimur perfectionem intellectus,& affectus: quibus in hac vita hominibus nihil eſt vtilius.Deinde cum dicit.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

Adducit ad hoc tertiam rationẽ,quæ talis eſt,Quilibet debet perpetuam dilectionem ei,qui diligit eum perpetuo & perſeueranter: ſed ò eccleſia ego dilexi te perpetuo,& perſeuerãter:ergo &c.De hac ratione ponit ſolum medium.Continuetur ſic litera. O eccleſia de iure debes me perpetuo diligere, quia perpetuo & perſeueranter te dilexi:qd apparet,quia(aquę multę)

A idest, tribulationes multæ, quantum ad quantitatē numeroſam, & quātum ad magnitudinē pœnoſam, (non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina) quantum ad impetuoſitatem, (obruent illam) ſcilicet charitatem, qua te dilexi, & diligo. Deinde cum dicit.

Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

Ponit ad hoc quartam rationem quę talis eſt, Quilibet debet amorem ei perpetuū, qui diligit eum amore charo & precioſo: tali amore, eccleſia, te dilexi, ergò &c. De hac ratione ponit ſolum medium. Continuetur ſic litera, ò eccleſia de iure debes me diligere perpetuo: quia amore valde charo, & precioſo dilexi te. Fuit enim amor meus adeò precioſus, ꝙ (ſi homo dederit omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione,) quam habui, & habeo ad te, non poterit æquo pondere adæquari precio dilectionis: immo ſi bene conſiderabit (quaſi nihilum deſpiciet,) & computabit illam B ſubſtantiam reſpectu dilectionis meæ, cui nihil terrenum poteſt comparari, cum incōparabiliter illud excedat. Deinde cum dicit.

Soror noſtra parua, & vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?

Ex dilectione, quam eccleſia debet habere ad chriſtum, chriſtus inuitat eam, vt ſubueniat ſynagogæ iam conuerſæ. Notandum autem, ꝙ nō ſine cauſa chriſtus aſſignauerit tot rationes ad oſtendendum ꝙ eccleſia debet eum valde diligere: nā ſi ex tali dilectione chriſtus intēdit inducere eccleſiam ꝙ amore ſui in vltimis ſeculis ſubueniat ſynagogæ conuerſæ, quia tunc erit magna perſecutio, non fuit ſuperfluū aſſignare rationes prędictas. Diuiditur autem pars iſta in partes tres. quia primo ponitur chriſti inuitatio. Secundo ſubiungitur prędictæ inuitationis ſpecificatio, ibi (ſi murus C eſt.) Tertio additur eccleſiæ reſpōſio, ibi (ego murus.) Intendit autem inuitando talem rationem, Quicunque diligit multum aliquem, debet amore illius ſubuenire omnibus illis, qui habent affinitatem, & coniunctionē ad illum: ſed tu eccleſia debes mihi magnum amorē, vt oſtenſum eſt: ergò debes ſubuenire ſynagogæ, quæ mihi attinet, & eſt mihi coniuncta, quia eſt ſoror mea. Et debet ſubuentio operoſius fieri, quando indigentia plus requirit. Et ſic erit de ſynagoga in fine temporum: propter quod dicit (ſoror noſtra,) mea affinitate carnali, tua ſpūali: quia ad eandē gratiam colligenda. Et ſic debes charitatiue moueri, quia mihi coniuncta, & coniungenda tibi. Ad hoc etiam moueri debes ex eius indigentia, quia (parua) idest, de nouo conuerſa, & ideo indiget cōfirmatione. (& ubera) idest, doctores (nō habet) de ſe, nec habere poteſt extra ſe: propter quod indiget tua inſtructiōe, vt per te nutriatur lacte doctrinæ. Huic inuitationi conſentiens eccleſia D de auxilio ſynagogæ ferendo, doceri petit a ſponſo & magiſtro, dicens, (quid faciemus ſorori noſtrę in die quando alloquenda eſt) de ſui erroris correptione? quaſi diceret, quod auxilium fiet ei. Deinde cum dicit.

Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. Sin autem, ſed oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.

Reſpondet chriſtus quęſtioni, & ſpecificat quod auxilium ſynagogæ debeat impendi. Ad cuius euidentiā notandum eſt ꝙ ſicut in eſſe naturę prius aliquid accipit quo poſſit ſubſiſtere in forma acquiſita, & hoc primo competit ei a principio ſuę generationis: & poſtea accipit ꝙ ſecundum formā illam poſſit ſibi ſimile producere, quia non competit niſi qñ eſt iam perfecta, quia A vnumquodque tunc eſt perfectum, qñ poteſt ſibi ſimile generare. 7.Phyſ.tex.18 Sic in eſſe ſpūali prius accipit homo ꝙ ſtet in dono ſibi cęlitus infuſo: & tunc dicitur murus quia habet ꝙ ſtet non ꝙ alios adducat. Et poſtea qñ eſt perfectus ſecūdum donum illud, accipit ꝙ alios manuducat ad chriſtum: & tūc dicitur oſtiū, quia alios ad chriſtum pōt introducere. Hoc viſo, cōtinuetur ſic litera, Tu eccleſia interrogas & vis a me doceri quod auxiliū debeat ſynagogę dari: hoc ſpecifico & dico, ꝙ (ſi eſt murus) .i. in eſſe ſpūali nondum perfecta, quia non habet vnde alios ad me introducere poſſit, ſed tantū ut ſtet, ut firmius & conſtantius perſeueret, (ædificemus) ego principaliter, & tu ſecundario mihi cooperando (ſuper eum) .ſ. dictum murum (propugnacula argentea) .i. ſententias diuini eloquii firmas, & lucidas, ſicut argentum eſt firmum & lucidū: quibus fide & dilectiōe corda firmantur, iuxta illud Pſalmi, Confirma me in verbis tuis. Pſal.a 18. Quibus vitantur hęreticorum, & dęmonū tentationes. (Sin autem) .i. ſi nō eſt murus, (ſed oſtiū) B idest, ſi ita iam perfecta eſt ſynagoga, ut poſſint per eā alii ad me introduci, (compingamus illud tabulis cedrinis) .i. ita ornemus ſanctorum teſtimoniis, & exemplis, vt decore cōuerſationis, & bono odore famę, alii facilius per tale oſtium inducantur venire ad me. Deinde cum dicit.

Ego murus: & vbera mea ſicut turris.

Ponitur eccleſiæ reſponſio. Et diuiditur hęc pars in duas partes. Primo eccleſia in ſua rñſiōe fatetur ſe paratam & promptam ad ſubueniendum ſynagogę. Secundo ex hoc ſynagoga conſurgens in amorē eccleſię confitetur eam a chriſto eſſe deriuatam, & ab illa eſſe cuſtoditam, & conſeruatā, ibi (ex quo facta ſum.) Continuetur ſic, Ego eccleſia inuitata a te dñe Ieſu chriſte de ſubueniendo ſynagogę, ſiue ſit murus, ſiue ſit oſtiū, dico ꝙ amore tui ſum parata ſubuenire non ſolū ſynagogæ inquantum eſt oſtium .i. inquātum habet eſſe perfectum, quia hoc nō eſſet magnum ſed leue: immo C ſecundum ꝙ eſt murus .i. habet eſſe imperfectum, parata ſum non ſolum ędificare (propugnacula argentea) bonorum diuinorum, ſed etiā dare me ipſam murum ad confirmationem ſuam, iuxta illud. 2. Corinth. 12. Ego ipſe impendar, & ſuperimpendar pro animabus veſtris. Hoc eſt ergo quod ait (Ego) pro ſynagoga cōfirmādo volo eſſe (murus) .i. dare meipſam (et) ex hoc (vbera mea) .i. doctrina mea, erunt (ſicut turris:) quia per omnia ipenſa clarior, & altior, & efficacior ad defendendum apparebit doctrina. Deinde cum dicit.

Ex quo facta ſunt coram eo quaſi pacem reperiens. Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos.

Videns ſynagoga dilectionem eccleſiæ ad ipſam, quia ea amore dei parata erat pro ſua confirmatione dare ſeipſam, conſurgit in amorem eius: & quæ prius appellabat eccleſiam adulterā, vltimam, & a deo alienā, con- D fitetur nunc eſſe veram ſponſam chriſti, & ab eo deriuatam, & conſeruatam. Diuiditur aūt hęc pars ī duas partes: quia primo ponitur ſynagogæ de eccleſia talis confeſſio. ſecundo ne videatur imperfecta dicta ſynagogæ confeſſio, ponitur chriſti ſuppletio, ibi (vinea mea.) Prima diuiditur in duas. primo ſynagoga confitetur eccleſiam a chriſto deriuatam: ſecundo confitetur eam a chriſto, cuſtoditam, & conſeruatam, ibi (tradidit eam.) Prima pars continuetur ſic, Ego ſynagoga olim ex odio quod habui ad te non cognoſces nec reputans eum eſſe verum deū, excæcata in intellectu; ex quo etiam eccleſiam odio habui, non credens eam veram vineam chriſti: (ſed ex quo facta ſum coram eo) .i. chriſto (quaſi) expreſſiue dictū .i. pro certo (pacem reperies,) per illuminationem fidei, & remiſſionem peccatorum, corrigo errorem meum, & culpā meā, & ꝙ eccleſia eſt vera ſponſa chriſti confiteor: pro

cuius

Digitized by Google

cuius amore parata eſt exponere ſe totam vt pro me ſalutem quę eſt in chriſto poſſim conſequi. vnde verè ore & corde confiteor quòd ipſa eſt vera ſponſa chriſti: & (fuit vinea pacifico) idest, chriſto, q pacem attulit mundo, (in ea) ſupple, fide, (quæ habet populos:) idest in fide catholica, quod idem eſt quòd vniuerſalis, idest, populorum multorum. Notandum etiã quòd non dicit in ea fide. ſ. quam habent populi, ſed quæ habet populos: quia quodlibet bonum diuinum magis habet nos quàm nos habeamus ipſum, inquãtum huiuſmodi dona reſpectu bonorũ operum ſunt principaliora, quàm liberum noſtrum arbitrium. Deinde cum dicit.

Tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Oſtendit eccleſiam a chriſto cuſtoditam, & cõſeruatam, dicẽs, Bene dico quòd eccleſia fuit vinea ipſi chriſto: quia chriſtus (tradidit eam cuſtodibus) idest, angelis, apoſtolis, & prælatis, quorum quilibet prælatus (vir) ideſt habens vires in operando in iſta vinea, corde fideli (affert) ipſi chriſto) mille argenteos,) ideſt, totum tribuit chriſto, quod ſequitur de fructu eius, ſiue ſit temporale, ſiue ſpirituale. Deinde cum dicit.

Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici & ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius.

Quia male ab aliquibus prędicta cõfeſſio poſſet intelligi, chriſtus in hac parte ſupplet confeſſionem ſynagogæ. Et circa hoc duo facit: primo ſupplet dictam confeſſionem: ſecundo ex dilectione, quam habet ſynagoga ad eccleſiam, inuitat eccleſiam ad ſubuentionem ſynagogę, ibi: (quæ habitas in hortis.) Dupliciter autem poſſet alicui videri defectus in prædicta ſynagogæ confeſſione. primo in cuſtodiæ aſſignatione, quia dixerat quòd chriſtus (tradidit eam cuſtodibus,) poſſet aliquis intelligere chriſtum eam dereliquiſſe: ad hoc excludendum ſupplet chriſtus (vinea mea coram me eſt.) quaſi diceret, ſic tradidi eccleſiam meam cuſtodiendam aliis, quòd etiã per meipſum immediate habui curam eius, cum ſim verus deus omnia immediate conſeruans. Secũdo in fructus aſſignatione, quia dixerat (vir affert pro fructu eius mille argenteos,) cum in eccleſia nomine viri poſſint actiui intelligi, poſſet ex hoc videri alicui quòd ſoli actiui in eccleſia fructificarent: ideo dominus ſupplet hanc confeſſionem, oſtendens quòd etiam cõtemplatiui in eccleſia fructificant. Et ideo ſubdit, ò eccleſia (pacifici tui) ideſt, cõtemplatiui, qui dicũtur pacifici, quia ſunt ab implicationibus ſecularibus quę turbant abſtracti, iſti (inquã) tales ſunt (mille) ideſt, perfecto fructui reſpondẽtes. Dictum eſt ſupra quòd (vir affert pro fructu eius mille argenteos, & mille ſunt pacifici) ideſt, contemplatiui, numero & fructu perfecti. Sed quia ad perfectionem vitæ oportet non ſolum habere vitam contemplatiuam, ſed etiam actiuam ad curã aliorum, tamen

A magis eſt meritum in contemplatione, quàm in actione: & ideo poſtquàm dicit (mille pacifici tui,) ſubdit (& ducenti qui cuſtodiunt fructus) ideſt, merita eccleſiæ: ubi maior numerus geminatur. ſ. centenarius, qui etiam geminatus ad vltimum numerorum limitẽ qui eſt mille, non peruenit: quia licet vita contemplatiua ſit meriti amplioris, tamen actiua ſimul & contemplatiua meretur pluribus modis. vnde ſuper illud (ducenti &c.) dicit gl. interlinearis: Duplex meretur pręmiũ, qui, & ſe tuetur, & alios lucratur. Deinde cum dicit.

Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire vocem tuam.

Chriſtus inuitat eccleſiam ad ſubueniendum ſynagogæ ex eo quòd ſynagoga eã diligit. Et circa hoc duo facit. primo ponitur eius inuitatio: ſecundo eccleſiæ reſponſio, ibi (fuge dilecte mi.) Cõtinuetur ſic, Vſque nunc induxi te ò eccleſia ad ſubueniendum ſynagogę ex amore meo. Cũ ergo ipſa ſynagoga te diligat, quod

B apparet, quia confeſſa eſt te eccleſiam eſſe veram ſponſam, & vineam meam, huiuſmodi amicitia quę vna cõfeſſione, dilectione, & fide, facta eſt tecum in me, debet te mouere ad ſubueniendum ei: & hoc eſt quod ait, Tu eccleſia (quæ habitas in hortis) in ſpiritualibus deliciis, (amici) ideſt, Iudæi, qui iam facti ſunt amici tui, quia fideles mei (auſcultant) ideſt, parati ſunt & (expectant te) audire, a te doceri: & deſiderant voto cordis, dicentes (fac) ò eccleſia (me) ſynagogam, tibi fide & charitate ſociatam, (audire vocem tuam) ſcilicet, in prædicatione. Poteſt etiam hoc accipi vt ſit verbum chriſti inuitantis eccleſiam, vt doceat ſynagogam. Et dicit me audire, qa reputat ſibi fieri quod ſit aliis propter ipſum. Vltimo autem cum dicit.

Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatũ.

Ponitur eccleſiæ reſponſio, quæ eſt, quod tanquàm

C bona ſponſa optat ad tempus à chriſto ſeparari, non ab eius fide vel amore, ſed ab eius ſuauitate, hoc eſt a contemplationis dulcedine ad tempus cadere. ut poſſit, Iudæis iam conuerſis, & ſic factis fratribus, intendere per informationem morum, & doctrinæ: ideo ait, (Tu dilecte mi) ideſt, tu chriſte, qui habitas ſuper mõtes aromatum propter altitudinẽ deuotionis, & odorem bonæ conuerſationis, & ſanctę operationis, (fuge) ideſt, mihi cõtemplationis dulcedinem ſubtrahe, vt poſſim cõmodius inſtructioni & informationi Iudæorum vacare: tamen nolo quòd hoc ſit perpetuo, ſed ſolum ad tempus: ideo ait, (& aſſimilare capreæ,) videndo meos defectus, & quàm ſis mihi in contemplatione neceſſarius, (aſſimilare) etiam (hinnulo ceruorum,) ut ad me agiliter per contemplationem redeas, teque mihi cum delectabili contemplatione infundas. Quod in præſenti vita ſecundum ſtatũ viatorum, & in futura per apertam viſionem comprehenſorum,

D dignetur chriſtus operari in nobis: qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

FORMVLARVM SPIRITVALIS INTELLIGENTIAE,

quæ in Canticis canticorum continentur, Index.

Primus numerus Paginam, ſecundus Columnam indicat.

AGer notat Iudæos. 16.1.a
Aquæ notant tribulationes. 17.3.a
Aquilo & Auſter ſignificant omnia genera tentationũ, & quicquid poteſt inclinare ad malum. 10.4.c
Arbor malus notat crucem chriſti. 17.1.c
CAncellus myſticè ſignificat dicta Prophetarum. 6.4.b
Capilli notant affectiones. 9.2.a, & 10.1.a. & 15.2.c
Capreæ & cerui myſticè ſignificant Prælatos & doctores eccleſiæ. 6.2.d, & 8,1.d. & 15.1.c. Deſignant ſitê excellentiam amoris chriſti. col. 4.a. & 9.3.c
Caput nominat chriſtum ſecũdum humanitatem. 12.3.a
Caput ſignificat intellectũ & voluntatem. 11.2.d. & 15.2.c
Caſia ſignificat temperantiã. 10.3.c
Cauerna maceriæ myſticè ſignificat veritatem fidei. 7.1.d
Cella vinaria myſticè ſignificat vbertatem ſpiritualis lætitiæ. 6.1.d
Cellaria myſticè ſignificãt gratiam. 3.4.c
Clypei notant authoritates ſacræ ſcripturæ. 9.3.b
Collum myſticè ſignificat fidẽ. 5.1.c & 15.1.d
Collum ſignificat bonam doctrinã, & bonos conceptus. 9.3.a
Columbarum oculi myſticè ſignificant opus bonum, & intentionem rectam. 5.3.b, & 9.1.d, & 12.3.c
Comæ capitis chriſti ſunt membra chriſti. 12.3.a
Crocus ſignificat prudentiã. 10.3.c
Crura nominantur prelati. 12.4.d
DAmaſcus ſignãt diabolũ. 15.2.b
Dentes deſignãt cogitationes intellectus. 9.2.c
Dentes & labia notant apoſtolos & alios ſanctos. 15.4.b
Deſertum notat afflictioné. 17.2.a
Dextra myſticè ſignificat vitam contemplatiuam, & leua vitam actiuã. 6.2.c, & 16.4.c
Digitus ſignificat opatioñé. 11.4.a
FAcies notat bonum exemplum. 7.2.c
Filius in ſcriptura ſacra aliquã plenitudinem ſignificat. 15.2.b
Ficus myſticè ſignificat ſynagogam. 7.1.c
Filius nominatur Iudæus. 4.3.d
Flores deſignãt initia bonorũ operum. 7.1.a
Flos myſticè ſignificat chriſtũ & eccleſiam. 5.4.d
Flores notãt bõas affectiões. 16.1.d
Foramen nominatur intellectus & affectus. 11.1.c
Foramina petræ myſticè ſignificant vulnera chriſti. 7.1.d
Frater dicitur chriſtus. 16.3.b
GEnæ notant affectiones. 5.1.b, opera aperta. 9.1.d, & doctores. 12.3.d
Gladius myſticè ſignificat doctrinã ſacram. 8.3.d
Greges dicuntur Hæretici. 4.4.d
HOedus notat carnis deſideria. 4.4.d
Hortus cõcluſus, fons ſignatus nominatur eccleſia. 10.2.c
Hortus notat eccleſiam. 14.1.a
Hyems deſignat infidelitaté. 6.4.d
IMber deſignat malitiam intemperantiæ & voluptuoſitatis. 6.4.d
LAbia & dentes notãt chriſti mẽbra. 15.4.b
Lectulus myſticè ſignificat mẽtẽ ſiue conſcientiam. 5.3.d, & 7.4.b
Leo notat illum, qui non refrænat motus ſuos per prudẽtiam. 9.4.d
Leua aut ſiniſtra myſticè ſignificat vitam actiuam, & dextra contemplatiuam. 6.2.c, & 16.4.c
Libanus notat Mundum. 9.4.a
Lilium conuallium ſignificat chriſtũ, qui eſt decor & premiũ humilium. 5.4.d
Lilia myſticè ſignificãt mundas mentes. 7.3.b, & 9.3.c
MAlus myſticè ſignificat chriſtum. 6.1.c
Mala punica ſignificant doctrinam eccleſiaſticam. 10.3.a
Mala punica notant bonas operationes. 16.1.d. notant prelatos. 14.2.a
Malũ granatũ notatur cor. 16.4.c
Mammæ ſignificant doctrinam ſacræ ſcripturæ. 10.1.d
Mãdragora ſignificat Iudæos. 16.1.c
Manus notant operationem. 11.4.a, & 15.4.b
Mater dr ſcriptura ſacra. 16.3.b
Mater nominatur ſynagoga. 4.2.d, & 8.4.d
Meridies myſticè ſignificat chriſtũ. 4.4.a
Monilia myſticè notãt illos qui purum & ſolum Deum tenent in pectore. 5.1.c
Montes myſticè ſignificãt angelos. 6.3.d, & 7.3.c
Murenula vermiculata argento myſticè ſignificat premium eſſentiale cum additione premii accidentalis. 5,1.d
Muſtum dicuntur opera exteriora. 16.4.b
Myrrha ſignificat paſſioné Chriſti. 5.2.d, & mortificationem carnis. 8.2.b, & 9.3.d
NArdus myſticè ſignificat humilitatem. 5.2.c
Nardus, herba redolens, ſignificat charitatem. 10.3.b
Naſus notat diſcretionem. 15.2.b
Numerus ſexagenarius cõpetit officio 10.8.2.c
OCuli notãt cogitatiões. 15.2.a
Oculi animæ ſunt intellectus & affectus. 9.1.d
Os myſtice ſignificat filium patris, id eſt, chriſtum dominum. 3.1.a
Oſculum myſticè ſignificat ſpiritum ſanctum. 3.1.a
PAlma notat certamen. 15.3.b item, crucem. ibidem. c
Paradiſus notatur eccleſia, 10.3.a
Pardus ſignificat infidelem. 9.4.d
Paries myſticè ſignificat carnem ſiue humanitatem. 6.4.b
Pelles Salomonis myſticè ſignificãt eccleſiam primitiuam. 4.3.a
Peſſulum oſtii ſignificat curam temporalium. 11.4.c
Pharao notat Diabolum. 5.1.a
Potus notat paſſioné chriſti. 15.4.b
Purpura myſticè ſignificat carnem chriſti. 15.2.d
REx in accubitu ſuo notat filiũ in ſinu patris, 5,2,c: & 6,1,d
SAlomon notat Chriſtum, 8,4,d
Sapphirus ſignificat eccleſia cõtemplatiuos, 12,4,c
Socii & ſodales chriſti nominantur hæretici, 4,4,b
Sol ſignificat Chriſtum. 4.3.b
Spinæ myſticè ſignificant tribulationes, 6,1,a
TAbernacula Cedar myſticè ſignificãt eccleſiã primitiuam, 4,3,a
Timores nocturni deſignant impugnationes diabolicas, 8,3,d
Triticus notat perſeuerantiam ſeu perſiſtentiam, 15,5,a
Tunica ſignificat iſta tpalia, 11,3,b
Turtur myſticè ſignificat ardorem charitatis, 5,5,b
VBera ſignificat Iudæos, 16,2,b
Vbera notant duo teſtamenta, vel ſenſum literalẽ quẽ ſignificant voces, & myſticũ quẽ ſignificant res, 9,3,c: & 15,1,c: & 17,4,c
Vbera myſticè ſignificãt dulcedinẽ. 3,2,d
Veſtimenta ſignificãt carnẽ, 10,2,b
Vinea ſeu villa notat iudæos, 16,1,b
Vinea myſticè ſignificat Hieruſalẽ, 4,3,d
Vinea florens notat intellectũ proferentẽ bonas cogitatiões, 16,1,d
Vineæ florentes deſignãt populum gentilem, 7,1,c
Vinum notat abundantiam ſpiritualis lætitiæ, 16,4,b
Vox turturis myſticè ſignificat auxilium ſpiritusſancti, 7,1,b
Vulpes notant hæreticos, 7,2,d

Finis Tabulæ.

Digitized by Google